qui miseris subuenit: qui ad fletum fletib⁹ p uocatur alienis. Ō bene faciebat apls paulus dicens. Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor ⁊c. hec Aug. Nec aūt sanctitas vire fuit in bṕō Nico. in quattuor. Primo in virginitate: qz fuit virgo. Matth. xiij. ca. Simile est regnū celoz thesauro abscondito in agro. id est virginitate in coꝛpoꝛe terreno. ij. Coꝛ. iiij. Habemus thesaurū istū in vasis fictilibus. et dicit virginitas thesaurus. ꝓpter suā ꝓcio siratem. Eccle. xxvij. Non est cōdigna ponderatio aie cōtinentis. Secūdo in liberalitate: quia fuit maxime liberalis ad ꝓximum egentez. vnde dicit. Erat enī valde cōpaties ⁊ iup afflictos pia gestans viscera. Nā oīs suas diuitias liberaliter distribuit. dedit enī pauperi ⁊ nō diuiti. i. illi ḥoi qui ꝓpter paupatem filias suas ꝓstituere volue ꝓs. Disp lic dedit pauperibus iusticia ei⁹ manet in seculum seculi. dedit de meliozi nō de exteriozi. quia aurū. dedit de ꝓpio patrimonio nō de aheno. dedit ꝓpter honoꝛē dei nō ꝓpter fauorem mūdi. dedit in vita nō post moꝛtē. Job xxxi. Ab infancia creuit mecum miseratio. Sciebat enī q mia est sacrificiū deo placitū ⁊ acceptum. Tertio in charitate: qz fuit maxime charitatis. Unī dicit. Copiose charitat Nicolae pontifex ⁊c. i Coꝛ. xiij. Si linguis hoim loquar ⁊ angelozū: charitatē aūt non habeā ⁊c. Quarto in sapiēte ꝓfundirate. quia magnā sapientiā habuit. vnde dicit. q beatus Nico. interfuit ꝓsilio Niceno. vbi plurimuz de fide cōtra hereticos disputauit ⁊ vicit. Sapien. vij. Infinitus enim thesaurus est homibus quo qui vsi sunt: participes facti sunt amicicie dei ⁊c.

Septimo nō est inuētus

similis bea. Nico. in electiōe. Fuit enī gratioſe electus. Eccleſi. xliiij. Elegit eum ex omni carne. Cuius electio fuit ꝓmendabilis ꝓtuz ad quattuor. Primo qz fuit electus ꝓmissa oꝛōne. Nam electozes tota nocte oꝛōni vacauerunt. Exēplo xp̄i: q electus⁹ apostolos iuit in montē oꝛare. Luc. vi. Et apostoli in electione Mathie oꝛáres dixerunt. Tu dñe q coꝛda ⁊c. Act. i. Secūdo quia fuit electus diuina reuelatione: qz vox de celo lapsa fuit ꝛ eligerent Nicolaū. Hebreos. v. Nec quis⁹ ꝑ sibi sumit honoꝛez. Tertio qz fuit electus oīm cōsensū ⁊ approbatione. vñ dicit. q eo viso oēs laudauerūt dei magnalia. Prouer. xx viij. In exaltatione iustoꝛ: multa gloria est.

Quarto quia fuit electus inuitus: ⁊ cū quadam coartatione, vnde poterat dicere illud ps. Exaltatus aūt humiliatus sum ⁊ confusus: ideo. iiij. Reg. x. Elegi te meliozem de filijs dñi nostri. Talis aūt fuit btūs Nicolaus. vt patet in legenda.

Octauo nō est inuentus

similis bea. Nico. in cōuersatione. qz in ēpatu suo fuit gratioſe conuersatus: cū ꝓpło sibi credito quantū ad quattuor. Primo qz pauit populū suū v̄bo. vnde dicit q erat efficax in loquēdo. Mich. iij. Dabo vobis pastoꝛes iuxta coꝛ meū: qui pascent vos sciēcia ⁊ doctrina. Secūdo pauit ꝓpīm suū oꝛōnis suffragio: qz in oꝛōnibus ꝓ ꝓpło suo vigilabat. De hoc dicit Act. vi. Nos aūt o. ōni ⁊ ministerio verbi instantes erimus. Tertio pauit ꝓpīm suū exemplo. vñ dicit. q eandem quā prius gratiarē seruabat. i. Thi. v. Exemplū esto fidelib⁹ in verbo in conuersatione. Quarto quia pauit populū suum tēporali subsidio. Nam populo fame laboranti impetrauit frumentū. vt habet in legenda sua ⁊c.

Nono nō est inuentus si-

milis bea. Nico. in emigratiōe. Fuit enī gratioſe moꝛtuus ꝓtum ad quattuor. Primo cū gratia dei. vñ dicit. q oīm virtutū charisimate replebat. Apoc. iiij. Beati qui in dño moꝛiūtur. Secūdo cū ꝓscientia bona. quia nullius peccati cōscientiam habuit. ꝓpter puritatem vite. Col. iij. Moꝛtui enī estis. ⁊ vita vestra abscōdita est cū xp̄o in deo. Tertio cum senectute bona: quā voluit esse mūdam puram. Heb. viij. Ō antiquat ⁊ senescit ꝓpe interitum est. Quarto cū bona fama populi. qz oīes illū cōmendabāt. dolebant enī moꝛtē tanti viri. nō sperantes se habituꝛū cō similem.

Decimo non est inuētus

similis illi. s. bea. Ni. in tumulatiōne. Fuit enī gloſe sepultus ꝓtum ad quattuor. Primo quia in sepulcro suo fuit positum coꝛpus eius sanctissimū. Secūdo qz in tumba marmorea sicut coꝛpus xp̄i. Tertio qz ex eius mēbris sacrū resudat oleum: valens in salutem multoꝛ. Job. xxxi. Petra fūdebat mihi riuos olei. Quarto qz a ꝑdib⁹ fos aq ꝓfluit. ps. Scirote qm dñs servū suū. s. Nic. mirificauit.

Undecimo nō est inuen-

tus similis bea. Nico. in assumptiōe. Fuit enī

cia forme atq; pudicicie. Rara auis in terris nigroq; simillima cigno. Hec ille. Virginitas enī cōparat luci ꝓpter quattuoꝛ.

Primo qz lux est oīm creaturaruz primaꝛia: quoniā primo fuit creata. vt habet Beneb. i. Sic virginitas est prima oīum creaturarum. quoniā omēs creature in sui ma perfectiōe ⁊ integritate create sunt. A neb. ij. Uiditq; deus cuncta que fecerat: erant valde bona. Secūdo qz lux est oīm creaturarū pulcherrima. Eph. v. Omne qō arguit̄ a lumine manifestat̄. Sic virginitas est pulcherrima oīm creaturarū. Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te. Tertio qz lux est oīm creaturarū nobilissima: cum sit obiectū nobilissime potentie sensitiue, vt dicit̄ secūdo de aīa. Etiā intellectus qui est nobilissima potentia: est quedam lux. vt patet de aia. Sic virginitas est nobilissima. Unde Cyprianus in sermone de virginitate dicit sic. Virginitas est soroꝛ angelozū: victoria libidinū: regina virtutum: possessio oīm bonoꝛū. Quarto qz lux est oīm creaturarum maxima. quoniā celo empyreo est coextensa. vt dicit. ij. Sniarum. Sic virginitas est maxima: cui debet maximū ꝓmium. scz fructus centesimus ⁊ aureola. Intelligendū q virginitas est quadruplex. vt declarat sanctus Tho. iiij. Sniaꝛ dist. xxxij. q. ij. arti. ij. Ad quartuz dicendū ⁊c. Prima est virginitas naturalis sicut in pueris ante baptismū: in quibus nullus est habitus virtutis. Secūda est sacramētalis. sicut in illis qui ad tēpus incoꝛruptionē carnis seruant post baptismū: tamen cū ꝓposito nubendi suo tempoze. Tertia est spūalis. sicut in illis qui habent electionem ꝓseruādi integritatē carnis hactenus custoditam. tamē sine voto. Quarta est diuinalis: sicut in illis qui ex voto virginitatē conseruant. sicut fuit in Beata virgine. vt habetur. xxvij. q. ij. ℣. beata nēpe Maria. Beata lucia ratione virginitatis dicta est lucia a luce. scz virginitas que maxime in ea viguit. sicut dixit ei agatha. Jocundū deo in tua virginitate habitaculuz ꝓparasti. iuxta illud psal. Domū tuā dñe decet sanctitudo.

Tertio beata lucia ꝓfert

de thesauro suo noua pietatis. Unō Amb. super Beati imaculati dicit sic. Pietas parentibus amica: deo grata: dñm conseruat necessitudines sociat: dei agit cultum: mer-

ces parentum suoꝛ stipendiū. Pietas in ꝯ iustoꝛ [illegible] suffra[illegible]

Beata [illegible] habuit ad parē[illegible] pietatē. quia [illegible] habe[illegible] Prīmo p[illegible] Honoza p[illegible] cundo ꝓ[illegible] in cruc[illegible] ꝓter d[illegible] super [illegible] cum d[illegible] moꝛte[illegible] ta ⁊m[illegible] bonoꝛ[illegible] poꝛale[illegible] poꝛale[illegible]

[illegible] lucia ꝓ

fert [illegible] de [illegible] fecta[illegible] opus [illegible] singuloꝛ: quem [illegible] suum vel adulatoꝛia[illegible] de potest sibi cōuenire illud Prouerb. vlti. Manū suam aperuit inopi: ⁊ palmas suas extēdit ad paupes. Frustra aūt mulier foꝛtis manū aperiret si i manu nihil haberet. Nec aūt virgo habuit manū aperta. qz ꝑ dabat ⁊ extēsaz qz oīb⁹ dabat ⁊ plenā qz abūdāter dabat. ⁊ hylarem: qa leanter dabat. Circa suū patrimoniū se habuit quadruplicīter.

Primo qz dedit pauperibus. ꝓsal. Dispsit dedit pauperibus ⁊c. Ideo meruit celestem thesaurus. Matth. xix. Uade ⁊ vende oīnia que habes ⁊ da pauperibus ⁊ habebis thesaurum in celo. Secundo quia dedit in vita. Esa. lviij. Anteibit faciem tuam iusticia tua. Ideo meruit locū securū. Matth. vi. Thesaurizate vobis thesauros i celo ⁊c.

Tertio quia dedit omnia nihil sibi reseruādo. Ideo me[illegible]nit fructum centuplū. Matt. xix. Omnis qui reliquerit domum: patrem: matrem: agrum ⁊ possessionem centuplum accipiet: ⁊ vitam eternam possidebit.

Quarto quia dedit seipsaz. id est coꝛpus ꝓpriū: morti ⁊ passioni se exponēdo. Ideo

merit habere corpus glorificatum. Phil. iij. Saluatorem expectamꝰ dñm ihesum christum qui. r. c. h. nostre tē.

Quinto beata lucia pro

fert de thesauro suo noua humilitatis. Unde Augꝰ in epistola ad Dyoscorum dicit sic. Non aliam tibi ad capassendam ⁊ optinendam veritatis viam inueniasꝫ quę inuenta est ab illo qui gressuum nostrorum tamꝫ deus infinitatem preuidit. Ea autez est prima humilitas. secunda humilitas. tertia humilitas. ⁊ quotiens interro[illegible] hoc me docentem audires, alludens [illegible] quiusdā petentis a quodam [illegible] esset melius in rethorica. [illegible] Philosophꝰ prima eloquentia sc[illegible] ⁊c. hec ille. Sic beata Lucia [illegible] ambulās de se nō sapiebat [illegible] aut equalitatis sed magis [illegible] ⁊ humilitatis. Non em̄ se [illegible] christi nominauit. imo [illegible]. Ancilla christi sum. Filia [illegible] nobilitatem. sponsa equalitatez. ancil[illegible] humilitatē. Sed ancilla est quadruplex. Prima est ancilla peccati Job. viij. Omnis qui facit petrī seruus est peccati. Secunda est ancilla nūmi Luce. xvi. Non potestis deo seruire ⁊ mamone. Tercia est ancilla diaboli. ij. Petri. ij. A quo quis superatus est: eius ⁊ seruus est. Quarta est ancilla corporis propriꝰ. Roma. iij. ⁊ po dño non seruiunt: sed suo ventri. Sed beata Lucia nō fuit ancilla peccati. quia hoc esset dānabile. nec nūmi: quia hoc esset viruperabile nec diaboli: quia hoc esset periculosum. nec corporis sui: quia hoc esset ignominiosuz. Sed tantū christi: quia hoc est gloriosuz. iuxta illud Pauli. Cui seruire regnare est. Et sic ptz tē.

Sexto beata lucia pfert

de thesauro suo noua firmitatis. Vñ Eccl. xvi. dicitur sic. Lucerna splendens super candelabrum sanctuz. ⁊ species faciei super eratem stabilem. Est em̄ etas quadruplex. Prima est iuuentus: ⁊ hec non est stabilis quia continue tendit ad perfectionez. Secunda est senectus: ⁊ hec non est stabilis. qz incipit deficere occulte. Tercia est senium id est decrepitudo: ⁊ hec non est stabilis. qz deficit manifeste. Quarta est etas virilis: ⁊ hec est stabilis. quia tunc natura stat. beata Lucia licet habuerit eratem iuuenilez: tamen habuit etatem virilem in mente: quia non potuit vinci a quattuor. Primo non a matre: attendens illud Matth. x. Qui amat patrem aut matrem plusꝫ me: non est me dignus. Secūdo nō a sponso. Hester pmo. Parupendent vxores imperia maritorū. Tercio non a tyranno per obprobria ⁊ minas: quādo dixit. Patrimoniū tuū cum corruptoribus expendisti ego te faciam duci ad lupanar. Quarto nō a iudice per supplicia ⁊ violentias. ideo ait. Tumꝫ voluntatem meam ad consensum tuū poteris reuocare: non coinquinatur corpus: nisi de consensu mentis. nam si me inuitā feceris violari: castitas mihi duplicabitur ad coronā. Supquo sanctus Tho. iiij. sñiarum. dist. xlix. q. v. articu. iij. dubio primo. ad quartum dicendum dicit sic. Si aliqua virgo per violentiā oppressa fuerit: non amittit ꝓpter hoc aureolam virginitatis. dūmodo ꝓposituz perpetuo virginitatem seruandi inuiolabiliter seruet illi actui nullomodo cōsentiens: non tamen per hoc perdit virginitatē: ⁊ hoc siue ꝓ fide: siue ꝓ quacūq; alia causa violenter corrūpatur. Sed si hoc ꝓ fide sustineat: erit ei meritoriū ⁊ ad genus martyrij pertinebit. Unde Lucia dicit. Si me inuitā feceris violari: castitas mihi duplicabit ad coronā. nō q̄ habeat duas virginitatis aureolas. sed q̄ duplex premiū reportabit: vnū pro virginitate custodita. aliud ꝓ iniuria quaz passa est. Dato etiā ꝙ talis violenter oppressa: cōcipiat. nec ex hoc meritū virginitatis perdit. nec tamen matri christi equabit: in qua fuit cum integritate mentis. etiaz integritas carnis. hec Tho. Ideo dicitur colūna immobilis ⁊ cetera.

Septimo beata lucia ꝓ

fert de thesauro suo: noua inuincibilitatis. Unde Grego. in omel. dicit sic. Fortes facti sunt sancti: terroꝛe domant: spiritū roborant: virtutibus cornuscant: terrena despiciunt: celestia appetunt: occidi possunt: flecti autem nequunt. nec fustibus flagella per infirmitatem meruīt: nec lesi vnꝙ a veritate conticescunt. hec ille. Beata Lucia cōtra quattuor fortissime pugnauit ⁊ vicit. Primo vicit peccata. scz luxurias. ideo fuit templū dei. Unde ait. Qui caste viuit templū sunt spūssancti. vicit auariciā. Unde ait. Sacrificiū placēs deo: est visitare pauperes in necessitatibus eoz subuenire. vicit superbiā

Unde ait. Tu principū tuoz decreta custodis: ⁊ ego dei mei legē custodio. Tu principes times: ⁊ ego deū timeo. Tu illos offendere nō vis: ⁊ ego deū offendere cauco. Tu illis placere desideras: ego vt xpō placeam cōcupisco. Ideo accepit coronā regni. Unde cantat de ea. Omnis plebs te expectat: vt accipias coronā regni. Et Apocal. iij. Qui vicerit faciam illū columnam in templo dei mei tē. Secūdo vicit mundū quo ad tyrānos qui eius mentē a vera fide subuertere conabant. Unde ipa dixit pascatio. Tu fac q̄ ti bivetile esse cognoscēs. ego faciā q̄ mihi viri le esse perspexero. Mirabile em̄ fuit ꝙ fragilis femina vicit hostem tam robustū. Juuencula hostē tam antiquū. puella delicata hostem tam asturū. Unde cantat de ea. In tua patientia possedisti aiam tuam Lucia sponsa xpi: oduti que in mūdo sunt: ⁊ cozuscas cū angelis: sanguine ꝓprio inimicū vicisti. Ideo meruit illud q̄ ponit. Apoc. iij. Qui vicerit dabo ei sedere mecū in throno meo. sicut ⁊ ego vici ⁊ sedi cū patre meo in trono eius. Tercio vicit rozmētu. Nam boues perdiderunt vim trahendi: qz nec nulle boues nec plura paria boum ad lupanar eoz trahere potuerūt: nec mirū. qz ipsa erat membrū xpi. ideo. i. Cor. vi. dicit. Tollens mēbra xpi: faciaz mēbra meretricis? Absit: etiā iguis perdidit vim comburendi. qz pascha fuus angustiatus nimis: iussit copiosum ignem circa eā accendi: picemq; retinam ⁊ oleū feruens super eam fundi: ⁊ nihil ei nocuit. Eccl. li. In medio ignis non sum estuata. Quarto vicit mortē. Nam percussa in gutture gladio necari nō potuit. Sed ꝙ duvoluit superuixit. Impetrauit em̄ a dño inducias martyrij: vt credentibꝰ auferret terrorem passionis. Et non credentibꝰ auferret vocem insultationis. vt pacez ecclie redditā nūciaret: tanꝙ ꝓphetissa dñi vt corpꝰ dñi reciperet ⁊ se deo cōmendaret: vt aduocatā syracusanis se pmitteret. Sic ꝙ ptz ꝙ bta Lucia magꝰ meruit ꝛ̄ginitatē obseruando ꝙ cū sponso suo pagano mrimonialiter cohabitādo. Mat. vij. Bti mūdo corde: qm̄ ipsi deum videbūt. hic ꝓ gratiā. tandem per gloziam. Amen.

Jn festo sancti Thome apli. Sermo. iiij.

Thoma vidisti me.

Job. xx. ⁊ in euangelio ꝓsentis solēnitatis. Beda sup Marcū dicit sic. Dic est Thomas q̄ interptat abyssus vel geminꝰ: qđ grece dicit didimus que vtraq; interpretatio bene cogruit cuiusq; tui. Didimus em̄ recte vocat: ꝓpter dubiuz cor in fide resurrectionis dñice. abyssus quo q; dici potuit. cū altitudine dñice virtutis: resurrectione celebrata: fide certa penetrauit. hec ille. Super quo mouco talem q̄nem vtrū bti Tho. caruerat. magꝰ nobis ꝓficit ad veritatē dei cōfirmanda ꝙ alioꝛ aplorꝫ credulitas ad dubietatē extirpanda. Ad istam q̄nem rident duo doctores ecclesie.

Primus est brūs Greg. in omel. dicēs sic. Egit nāq; miro modo diuina clemētia vt discipulus dubitās: dū in magistro suo vulnera palparet carnis: in nobis vulnera sanaret infirmitatis. Plus em̄ nobis Thome infidelitas ad fidē ꝙ fides credentiū discipulorꝫ ꝓfuit: qz dum ille ad fidez palpando ducitur: nostra mēs oīi dubitatione posita in fide solidat. Sic quippe discipuli post resurrectionē suā dubitare ꝓmitt. nec tamē in dubitatione deseruit: sicut ante naturam suam habere Mariam sponsam voluit qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ira factus est discipulus dubitans et palpans testis vere resurrectionis: sicut spōsus matris fuerat custos integerrime virginitatis. hec ille. Secundus est Petrus rauennas sermone. lxxix. dicēs sic. Ad apostoli resurrexisse dñm mulieribus nūciantibus aut nō crediderūt aut deliramētū indicasse referunt: quoꝫ nemo arguat. Alte em̄ dubitat: q̄ alter credit. decipi non pōt: q̄ non est facilis credituꝛ vel auditoꝛ. Ignauꝰ numis est q̄ post exemplū inuenit incautus. Rudis miles ad aciē currit q̄ causaz belli nescit ⁊ ius bellatoris ignoꝛat. Periti aūt est non segnis cū sensim miles veteranꝰ accedit. hec ille. Ꝛ ps em̄ volēs oīndere singulare dilectū suū ad scām thomā sup ceteros aplos oīndit ei q̄tuoꝛ singularia tīg familiaritatez q̄ amicicie. Primū fuit qz exhibuit se ad tāgendū. Nam q̄dam cognouerunt xpm resurrexisse ex visu. Sicut Lucas ⁊ Cleophas eūtes in Emaus. Luce. vlti. Luidā ex auditu. vt petrus. Mar. xvi. Jte dicite discipulis eius ⁊ petro: quia surrexit dñs. Quidam ex gustu. vt discipuli qui iuerunt ad piscationem. vt patet Job. vlti. Quidam ex tactu. vt Thomas. Et hoc modo nulli se exhibuit nisi thome. imo nec marie Magdalene. cui dixit. Noli me tāgere. Johānis. xx. Ideo cantat

in eius laudem. O Thoma dicime qui meruisti xp̃m tangere. Secunduz fuit: quia exhibuit se ei ad confitendum. Statim em̃ viso ⁊ palpato xp̃o: effectus est theologus verax ⁊ integram fidem eius cõfitendo: q̃tum ad humanitatem ⁊ diuinitatẽ dicẽs. Dñs me⁹ ⁊ deus meus. Videndo ergo credidit: qui cõfiderando verum hominem hunc deũ quez videre nõ poterat exclamauit. Sicut em̃ ante passionẽ nullus apostoloꝝ cõfessus est eum esse verũ deum nisi Petrus qui dixit. Tu es xp̃us filiꝰ dei viui. Matḃ. xvi. Sic etiã post resurrectionem nullus cõfessus est xp̃m esse verum deũ nisi Thomas. Tertium fuit: qa exhibuit se ei ad certificandũ. Licet em̃ aliis apostolis xp̃us apparuerit post resurrectionem tamẽ singulari modo Thomã certificauit in eo q̃ voluit: q̃ homo mortalis tangeret corpus gloriosum. Hoc autẽ est singulare miraculum. Unde Baufredus cardinalis: continens ei⁹ dicit sic. Non em̃ credendus est iste minoris meriti pre ceteris fuisse vt ipe solus indicaretur indignus dñi visiõe. Post dies octo iterum venit Jesus. ⁊ Thomas erat cũ eis. Cui cuncta replicantur a dño q̃ prĩdie locutus fuerat velut de absente. hec ille.

Quartum fuit quia exhibuit se ei ad inflãmandum. Quãuis em̃ ante passionem multa secreta reuelauerit Johãni. vt dicitur Johan. xiij. Tamen secreta celestia post resurrectionẽ nõ reuelauit alicui familiarꝰ q̃ Thome. Unde Baufredus vbi supra dicit sic. Quid autẽ mirũ: si mira deuotione mox exclamauit. Dñs meus: ⁊ deus meus. Nõ em̃ erat iam q̃ de eius diuinitate. q̃ de veritate resurrectiõis aliquatenus hesitaret: quẽ nec arcerent claustra. nec lateret secreta. hec ille. Ratione huius reuelationis accendebatur Thomas in amorem xp̃i. ⁊ inflammabatur Si em̃ ex verbis xp̃i, accendebantur illi duo discipuli eũtes in Emaus dicẽtes. Nõne cor nostrũ ardens erat in nobis, duz loqueretur nobis in via: ⁊ aperiret nobis scripturas. quã tomagis inflãmabatur Thomas ex cõtactu vulnerũ xp̃i. ⁊ pter istam certitudines ⁊ inflammationes: dicit xp̃s. Thoma vidisti me.

Thoma vidisti me,
Per fidelitatem.
Per obedientie velocitatem.
Per charitatem.
Per puritatem.
Per potestatem.
Per firmitatem.

Primo Beatus Tho:

vidit xp̃m per fidelitatem. Unde Augusti. lib. p̃mo de trinitate dicit sic. Mentis humane acies inualida in tam excellenti luce non figitur nisi per iusticiam fidei emundetur.

Sciendu͛ q̃ non quelibet fides illuminat mentem ad videndum deu͛: sed fides recta ⁊ iusta. Est em̃ quadruplex fides. Prima est hereticoꝝ. i. Thimo. iiij. Discedent quidã a fide attẽdentes spiritibus erroris ⁊ doctrinis demonioꝝ in ypocrisi loquentium mendacium ⁊ cauteriatam habentium suam cõscientiam, phibentiuz nubere: abstinere a cibis quos deus creauit ⁊c. Secũda est falsoꝝ xp̃ianoꝝ. Jac. ij. Fides sine operibꝰ mortua est. Et Augu. sermõe xxij. dicit sic. Fides appellata est ex eo q̃ fit. Due syllabe sonãt cum dicitur fides. prima syllaba est a facto. secũda a dicto. Interrogo ergo te vtrum credas: dicis credo. Fac q̃ dicis ⁊ fides est. Ex his duobus fides fit. hec ille. Tertia est curiosoꝝ: quia nõ innititur veritati. i. Coꝝ. i. Judei signa querunt: ⁊ greci sapientiã. Sic em̃ dicit Matḃ. xij. Magister volumus. a te signum videre ⁊c. Quarta est inquietoruz qui nõ sunt stabiles ⁊ firmi. Luc. xij. Ad tẽpus credunt: ⁊ in tempore tentationis recedunt. Beatus Tho. ante passionem christi habuit fidem imperfectam: sicut ⁊ ceteri apostoli. q̃m omẽs relicto eo fugerunt. Matthei xxvi. Post resurrectionem etiam fuit incredulus. cum dixit. Nisi videro in manibꝰ eius fixuram clauoꝝ ⁊c. Quia em̃ ab alioꝝ cõgregatione recessit: ideo incredulitatem incurrit ⁊ xp̃m videre non meruit. Cum autẽ ad congregationem apostoloꝝ rediit: fidem christi confessus est: dicens Dñs meus ⁊ deus meus. Ro. x. Corde creditur ad iusticiã: ore autem confessio fit ad salutem. Eius autem fides patet ex quattuor. Primo quia xp̃us eius fidem approbauit: dicẽs. Quia vidisti me Thoma credidisti. Johan. xx. Aliud quidem vidit: ⁊ aliud credidit: hominem vidit: ⁊ deum credidit. Secundo quia magos baptizauit ẽm Chrisо. Ex quo patz quanta in fide excellentiaz habuit. qui primitias gentiũ ad fidem baptizare pmeruit. Tertio q̃ in ciuitate edissa vbi corpus suũ requieuit: nullum hereticum aut infidelem siue iudeum siue paganum habitare permittit. Ex quo datur intelligi quantus sit defensoꝝ fideiꝰ q̃ nullum iuxta se infidelem viuere permittit.

Quarto q̃ ecclesia que non potest errare fidem imitari petit. vt cõtinet in oratione eius. ⁊ sic pz fidelitas eius.

Secundo btus thomas

vidit xp̃m per obedientie velocitatẽ. Unde Bern̄ sermone. xxi. super Cant̃, dicit sic. Cel̃ ser voluntas, ppria: ⁊ infernus non erit. In quẽ em̃ desinet ignis: nisi in ppriam voluntatẽ. Nam ppria voluntas deum impugnat aduersus eũ extollit. Ipsa est que paradisum spoliat: infernuz ditat: sanguinem xp̃i euacuat: ⁊ ditioni diaboli mundũ subiugat. hec ille. Voluntas autẽ nostra debet p̃ ficere voluntatem dei quadrupliciter. Primo sicut peregrinus obseruat viã quãdo pgit ad patriam suam. Sumus em̃ oriundi a patria celesti: ẽm aiam quẽadmodũ angeli q̃ a deo q̃ nos creauit ad imaginem ⁊ similitudinẽ suam. Q̃diu autẽ sumus in hac vita via nostra est voluntas diuina, de cui⁹ preceptis dicit psal. Deduc me in semitta mã. tuo. q̃ ipsam volui ⁊c. Ab ista via deuiant aliqui ad dexterã: putantes se facere bonuz cum faciant malum. Aliqui ad sinistraz: facientes q̃ malũ est: ⁊ scientes illud esse malum. sicut Grego. dicit. Jdeo dicit Deut. v. Hec est via: ambulate in ea: nec̃ ad dexteram nec̃ ad sinistram. Secũdo sicut infirmus suam dietã q̃diu em̃ voluntas nostra est in via infirmat. vt ait ap'lus. Sed diuina voluntas est sua medicina: q̃m xp̃s antec̃ medicus venit ad sanãdas nostras voluntates per suaz voluntatẽ. vt dicit Mat. ix. Jdeo sicut eger non obseruans dietã interemit se. ita non obseruans voluntatẽ diuinã occidit se. Tertio sicut religiosus suã religionem. Nam aia, nostra ⁊ angeli sunt eiusdem religionis: q̃ in eisdem ordinibus collocabunt. vt dicit Magister sniaruz lib. ij. dist. x. Regula autem religionis angelice est vt cõformet voluntatẽ suam voluntati diuine. psal. Benedicite dño omnes angeli eius: ministri eius: qui facitis voluntatẽ ei⁹ Jdeo ⁊ nos debemus facere voluntatẽ dei

Quarto sicut ciuis legem ppriæ ciuitatis. Nam diuina voluntas est ler nostre ciuitatis quã inquirimus. vt dicit. Deu. xiij. Unde Esa. loquens de ista ciuitate q̃ est a sua lege denotata. dic. lxij. c. Nõ vocaberis vltra derelicta: sed voluntas mea in ea. Jdeo sicut boni ciues p̃ legibus suarũ ciuitatũ mortes subeunt: ita ⁊ nos debemus facere p̃ obseruanda diuina voluntate. Unde dicit. Mat. vij. Quicunq̃ fecerit voluntatẽ patris mei qui in celis est. hic meus frater: soror: ⁊ mater est. Beatus Thomas obediuit voluntati dei perfecte quo ad quattuor. Primo integraliter: quia de suo nihil sibi retinuit. licet em̃ prius dixerit. Dñe mitte me quo via pretereq̃ ad Jndos. tamẽ postea ratio correxit dicens. Dñs meus es tu: ⁊ ego seruus tuus: fiat voluntas tua. Jn hoc imitat⁹ est magistrum suũ. Qui ait. Matḃ. xxvi. Pater si possibile est: transeat a me calix iste. verũtamen non mea voluntas sed tua fiat.

Secũdo letanter: q̃ simplici corde ⁊ ex caritate obediuit. Unde Bern̄. libro de precla. ⁊ dispensatione dicit sic. In ipsa obedientie via: tibi forsse aliqua dura ⁊ aspera possunt occurrere: vt accipias interdũ preceptã nõnulla que licet salubria sint: min⁹ tamen suauia videant. Hoc si moleste ceperis sustinere: ⁊ sic diiudicare preceptum ⁊ murmurare in corde etiam si exterius impleas q̃ iubet: nõ est virtus patientie, sed velamẽ malicie. hec ille. Sed beatus Thomas lentissime ⁊ ex charitate impleuit diuinũ mandatũ psal. In auditu auris obediuit mihi. Tertio velociter: q̃ mox in Jndiã est pfectus. Unde Bern̄. vbi supra dicit sic. Ver⁹ obediens mandatũ non pcrastinat sed statim parat aures auditui linguã voci: pedes itineri: manus operi: ⁊ se totũ intus collugit. vt mandatum peragat imperantis. hec ille.

Quarto perseuerantes: q̃ vsq̃ ad mortez exemplo xp̃i. de quo dicit Phil. ij. Factus obediens vsq̃ ad mortem. Sic btus Thomas vsq̃ ad mortem perseuerauit in obedientia xp̃i.

Tertio beatus Thomas

vidit xp̃m p̃ charitatez. Unde Aug⁹. lib. de doctrina xpiana dicit sic. Charitas est actio rectitudinis: oculos semp habẽs ad deum: glutinũ aiarũ societas fidelium: actio non frigida: actio non fracta: nõ fugax: nõ audax: non preceps. hec ille. Hanc charitatez habuit btus Tho. vt pz per quattuor signa.

Primo q̃ fuit xp̃i imitator: q̃n dixit. Dñe nescimus quo vadis. ⁊ quõ possumus viaz scire. Joh. xiiij. Hoc em̃ ẽm Chrys. ex multa dilectione dixit. q̃ ipsum semp cupiebat. Cui xp̃s rñdit. Ego sum via: veritas: ⁊ vita Sup quo Aug⁹. dicit. Ambula re vis: ego sum via. Falli nõ vis: ego sum veritas. Mo-

ri non vis: ego usm vita. hec ille. Secūdo qz fuit celestiū ꝓtēplaroz. vñ in nuptijs non manducabat: ꝙ oculos in celū erectos habebat. Mat. vi. Ubi est thesaurus tu⁹: ibi est ⁊ coz tuū. Ubi est eīm amoz cordis: ibi est ⁊ oculus corporis. Tertio qz fuit diuinoz auidus auditoz. sicut ps i puella hebrea quā dei cāratione sepe repetere satagebat. Job. viij. Qui est ex deo verba dei audit. Super quo Greg. dicit sic. Penset quisq; in corde suo si verba dei ꝓcipit. ⁊ tunc cognoscet vñ sit. Qui eīm alium diligit: libenter de eo audit. ⁊ in eius mentione delectat. Quarto qz fuit terreno⁹ū contēptoz. Omia eīm que sibi ret Jndie dedit: ꝓ nperibus distribuit. nec aliquid terrenū ab eo accipiens sibi reseruauit. Unde Cryſ. dicit. Uere non habz super terram qō amet: qui donuz celeste in veritate gustauerit. Et sic patet de feruenti eius charitate.

Quarto btūs Thomas

vidit xp̄m p̄ puritatem. Unde Dieroñ. in epla dicit sic. Quacūq; virtute polleas qui buscūq; operibus niteas: si cingulo castitatis carcas omia per terram trahis. hec ille.

Sciendū q̄ virtus castitatis ⁊ puritat⁹ militat cōtra passiones ꝓcupiscentie carnalis quattuoz modis. Primo eīm militant alicq; contra istas passiones sic q̄ eas superant: nec etiā ab eis superant. Sed manent in cōtinua lucta: donec passio sponte discedat. Et tales dicunt perseuerātes. qz nec cadūt nec vincunt. Secundo alicq; militant: sic q̄ diu pugnant ⁊ tandē vincunt: sed cum difficultate. ⁊ isti dicunt cōtinentes. Tertio aliqui sic militant q̄ istas passiones facilīter vincunt cōfestim ⁊ insurgunt ad modū belatoz fortiū: ⁊ isti dicūt tēperati. Quarto aliqui sic militāt ⁊ habent istas passiones adeo domitas: vt nec quāq; insurgere presumant contra iudiciū rōnis. sicut populus infirmus q̄ est subiugand⁹ a fortissimo ꝓncipe. ⁊ qz tales sunt ipassibiles ad modū angelorū. iō dicunt bñ ꝓbare hero ycā. i diuinā. qz pori⁹ dicunt filij dei q̄ filij hoīm. Et b̄ modo B. Tho. militauit ꝫ passiones ꝓcupiscētie: vt oīno ipassibil' foret. Intrñ eīm dilexit puritatē q̄ vocauit eā turrem fontē ⁊ dei ministrā. Turtē ꝓpt' sui excellētiā: qz sicut turris trāscēdit domū. sic ꝙgitas mūnoū. Nier. Sicut poma ex arboze: frumētū ex stipula: aurū ex terra. ita ꝙginitas de nuptijs nascit. Uocat eā fontē ꝓpter fecunditatē. Hiero. Nuptie replēt terrā: ꝙginitas paradisū. Uocat eā dei ministrā: qz ꝙgines deo assistunt. Apocal. xiiij. Hij sequūtur agnū quocūq; ierit. ⁊ sic ps ei⁹ puritas quā valde dilexit.

Quinto btūs Thomas

vidit xp̄m p̄ p̄atrem quā habuit in miraculis faciendis. Uñ Cryſ. sup Mat. dicit sic. Tota rorus mundus mirabat. scz xp̄m post mortē resurrexisse. carnē in celū ascendisse: ⁊ p. xij. apl'os piscatores totū mundū ꝓuertisse. Hui⁹ aūt quadruplex fuit cā. s. pecunie cōtemptus. gle defectus. secularū occupationū segregatio. ⁊ terribiliū passionum toleratio. hec ille. Beatus Thomas multos sanauit quadrupliciter. Primo dādo q̄busdam medicinā purgatiuā: sicut regi indie ⁊ pluribus alijs quos a peccato purgauit. Secundo dando quibusdā medicinaz meliozatiuā. sicut illis quos ad virginitatez induxit. vt patet de sponso ⁊ sponsa: quos bñdixit ⁊ in virginitate cōfecrauit. Tertio dando quibusdā medicinā conseruatiuā: sicut illis quos ad dandū elemosynas ꝓmouit. Elemosyna eīm gr̄am dei conseruat. iuxta illud Eccl. xxix. Gratiā hoīs quasi pupillā conseruabit. Quarto dando q̄busdā medicinā ꝓseruatiuā: sicut illis quos ad audiendū ꝓbū dei induxit. q̄bus. xij. gēdus distinxit. vt ps in legēda. Psal. In corde meo abscōdi eloquia tua. vt nō. p. ti. tē. Assimilabat eīm ꝓbū dei collirio emplastro: potioni ⁊ cibo. quia ꝫuertit ōtruoz gña hoīm. Primo quosdā illuminabat ad fidē. sicut illos de Jndia inferioꝛi: ⁊ istis apposuit collirii. Nā post predicationē eius baptizati sunt. ix. milia viroꝛ exceptis mulieribꝰ ⁊ paruulis: ⁊ in Jndia superiori illumināuit Sinthicen ⁊ conuertit Migdoniā vxorē Carisij cognati regis tē. Psal. Lucerna pedibus meis verbū tuū: ⁊ lumē semitis meis. Secūdo quosdā docebat humilitatē: ⁊ istis a nimoze superbie frēgebat emplastrū: sicut regē Jndie minoris ⁊ reginas indie superioris. Tertio quosdaz inducebat ad ꝓfessionē: ⁊ istis dabat potionē. Nam cū apl's esset posit⁹ in carcere venit eius Migdonia ꝓsitebaſ ei rogās eū vt sibi indulgeret q̄ ꝓpter cā in carcerē missus cēt quā ille benigne ꝓsolās. hec ois se liberet pati asseruit. Quarto quosdā timidos cōfortabat: ⁊ istis dabat cibū. sicut regē Jndie inferioris postulantē veniā ab. apl'o. ꝓ eo q̄

Putas me hic ꝫuenier⁹. Putas isti oculi videbunt per quem cordis oculi reuelabūtur? Dicebat ista quotidie in orationibus suis: ⁊ p desiderio suo accepit responsum: q̄ non gustaret mortem nisi videret xp̄m domini. Hec Augustinus. Ideo dixit. Nunc dimittis domine ser. tē. Anna prophetissa filia Phanuel de tribu asser: vidit hanc gloriaz. Juxta illud Luce. ij. Et hec ipsa hora superueniens confitebatur domiō: ⁊ loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionez israel. Sic ergo ipsa vidit. Zacharias sacerdos pater Johannis baptiste vidit hanc gloriaz dicens. Luce primo. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. pibis eīm ante faciem domini parare vias eius tē. Usq; oziens ex alto tē.

Helisabeth mater Johannis baptiste vidit hanc gloriam: dicens Luce primo. Unde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me. Omis isti clare viderunt.

Quinto nos apostoli vi

dimus gloriam dominice incarnationis. Juxta illud. Luce. x. Beati oculi que vident que vos videtis. ⁊. i. Johannis primo. Qō audiuimus: quod vidim⁹ oculis nostris quod ꝓspeximus: ⁊ manus nostre contractauerunt de verbo vite. hoc testamur ⁊ annunciamus vobis ⁊ hoc scimus quoniam cognouimus eum. et sic patet.

Sexto nos Pagani vidi

mus gloriam dominice incarnatiōis. In hodierna christi natiuitate. Job vidit hāc gloriam. Unde sanctus Thomas secunda secūde. questione. ij. articulo. vij. dicit sic. Multis gentiliuz facta fuit reuelatio de christo. vt ps per ea que predixerunt. Nam Job. xl. ca. dicitur. Scio q̄ redemptoꝛ meus viuit: ⁊ in nouissimo tē. hec Thomas. Qui tamen ꝓphetans de christo xxxi. ca. dicit sic. Uidi solē cuz fulgeret: ⁊ lunā incedentem clare ⁊ letatū est cor meū in abscondito. Significans p solez diuinitatē: per lunā humanitatez in xp̄o: que incessit clare. i. sine cōtagione vllius peccati. ⁊ quia hanc gloriam vidit mente ⁊ spiritu letatus est tē. Sibille etiam viderunt hanc gloriam. de quibus sanctus Thomas ibidē dicit sic. Sibille etiam quedam prenuntiauerūt de xp̄o. vt Augustin⁹ dicit. hec Thomas de quibus figillatim videamus. Sibilla ꝓfetica: vestita aurea veste cum velo albo in capite dicit sic. Ecce bestia conculcaberis ⁊ gignetur dominꝰ in orbem terrarum ⁊ gremiū virginis erit salus gentium. ⁊ pedes eius in valitudine hominū. Inuisibile verbuz palpabitur. Sibilla Libica: ornata serto viridiuz floꝛum in capite: vestita palleo honesto: ⁊ nō multum iuuenis: dicit sic. Ecce veniet dies ⁊ illuminabit dominus condensa tenebrarum ⁊ soluetur nexus synagoge: ⁊ desinent labia hominum: ⁊ videbunt regem viuentium ⁊ te nebit illum in gremium virgo domina gentiuz: ⁊ regnabit in misericordia. ⁊ verus matris erit frater cunctoꝛum. Sibilla Delphica que ante troiana bella ꝓphetauit. vestita veste nigra: ⁊ capillis circunligatis capiti: in manu coꝛnu tenēs ⁊ iuuenis: dicit sic. Nascet ꝓphā absq; inīis coitu ex virgīe eī⁹. Sibilla Ebūnica in italia nata vestita celestina veste deaurata capillis per scapulas sparsis: et iuuenis: dicit sic. In prima facie virginis ascendet puella facie pulcra: capillis prolixa sedens super sedem stratam, puerum nutricēs. dans ei ad comedendum ius ꝓpriū. i. lac de celo missum. Sibilla Eritrea in Babylonia orta: monachali veste indutа: nigro velo in capite: manu gestans gladium nudum: non multum antiqua: mediocriter facie turbata: habens sub pedibus circulum aureum: natuz stellis ad similitudinem celi: dicit sic. In vltima erate humiliabitur deus. humanabitur ples diuina: vnietur humanitati diuinitas: iacebit in feno agnus: ⁊ puellari officio educabitur. Sibilla Samia a Samo insula iuuenis habens formosum pectus subtili velo capite cooperto. manum ad pectus tenens. censem nudum sub pedibus habens: dicit sic. Ecce veniet dies ⁊ nascetur de paupcula: ⁊ bestie terrarū adozabunt eum clamabunt ⁊ dicent. Laudate eum in atrijs celoz.

Sibilla Cumana que fuit tempoze Tarquini prisci vestita aurea veste: librum apertum ⁊ altum in manu gestās: ⁊ librum in sinistra habēs super genu capite discoperto: dicit sic. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Jam redit ⁊ virgo redeunt. saturnia regna. Jam noua progenies celo demittitur alto. Tu modo nascenti puero quo ferrea primuz. Desinet ac toto surget gens aurea mūdo. Casta fauc lucina tuus iam regnat apollo. Sibilla Helleſpōtina in agro Troiano nata: vetula ⁊ antiqua veste rurali iudutа: ligata velo antiquo: capite sub gula circum-

voluto vsq; ad scapulas quasi despecto habitu dicit sic. De excelso celoꝝ habitaculo prospexit deus humiles suos: ⁊ nascet in diebus nouissimis de virgine hebrea in cunabulis terre. Sibila Phrygia induta veste rubea: nudis brachijs antiqua facie saturnina: crinibus sparsis per dorsum: digito indicans: dicit sic. Flagellabit deus potentes terre. Ex olimpo excelsus veniet ⁊ firmabitur constillum in celo. ⁊ annunciabitur virgo in vallibus deserti. Sybilla Tybur tina non multum senex veste rubea induta: desuper ad collu; pelle byrcinam per scapulas habens: capillis discoopertis. breuem in manu tenens: dicit sic. Nascetur xps in Bethleem annunciabitur in Nazareth. regnãte tauro pacifico fundatore quieris. O felix illa mater cuius vbera illum lactabunt

Sibilla Europa decora iuuenis: facie rutilans: velo subtilissimo i capite ligata: induta veste aurea. breuem in manu tenens: dicit sic. Veniet ille ⁊ transibit mores ⁊ colles ⁊ latices olimpi. regnabit in paupertate ⁊ dominabit in silentio. ⁊ egredietur de vtero virginis. Sybilla Agrippa vestita rosea veste cum clamide rosea nõ multũ iuuenis: manũ tenens in gremio quasi admiras ⁊ sinistram manũ tenens ostendendo deoꝝ sum cum breue scripto dicit sic. Inuisibile verbum palpabitur. germinabit vt radix: sic cabitur vt folium: non apparebit venustas eius. Circũdabitur alnus materna ⁊ flebit deus letícia sempiterna ⁊ ab hoibus cõculcabitur. Nascet ex matre vt deus: ⁊ conuersabit vt peccatoꝝ. Homo q̃dam gentilis vidit hanc gloriam. Unde sanct⁹ Thomas secunda scde. q. ij. arti. vij. dicit sic. Inuenit etiam in hystoryis Romanoꝝ q̃ tempore Constantini augusti ⁊ hyrene matris eius inuentũ fuit quoddam sepulchrũ in quo iacebat homo aureã laminã habens in pectore in qua scripti erat. Xps nascet de virgine ⁊ credo in eũ. O sol sub hyrene ⁊ Cõstantini temporibus iterũ me videbis. hec Thomas. Plures etiã gentiles viderunt hanc gloriã. Unde serius Thomas ibidẽ dicit sic Si qui tñ saluati fuerũt q̃bus reuelatio nõ fuit facta: non fuerunt saluati absq; fide mediatoris. q; ⁊ si non habuerũt fidem explicitã: tamen fidẽ implicitã in diuina puidentia, credentes deũ esse liberatorẽ hominum 9m modos sibi placitos: ⁊ 9m q̃ aliquibus veritatẽ cognoscentib⁹ ipse reuelasset 9m illud Job. xxxv. Qui docet nos sup iumẽta terre. Magi in oriente positi viderũt hãc gloriaꝝ. iuxta illud Mat. ij. Vidimus stellã eius in oriente ⁊ venimus adorare eũ ⁊c.

Septimo nos xpiani vi

dimus gloriaꝝ dñice incarnationis. Unde Maximus in sermone de natiuitate dñi dicit sic. Viderũt siquidẽ pfes nostri magna innumeraq; mirabilia opa dei. Celũ illis angelicas escas rorauit. Lapis durissim⁹ dulcia pocula ministrauit. Jordanis ppetem sum meatũ in fontẽ retrorsit. Validissim⁹ hostiũ murus tubarũ strepitu corruit. Sol q̃s cõmorans in celo longioꝝ triũ phanti populo diẽ pstitit. Mocho nullis antea seculis videre datũ est vt vnigenitus altissimi quẽ trementes archãgeloꝝ prates suscipiũt homine se hominibus exhiberet: ⁊ carne quã ab hoie sumpsit in deũ transformaret. hec ille. Cernificatus est eiñ hõ de gloria natiuitatis xpi testimonio miraculoꝝ iñ quadruplici genere. Primo in corporib⁹ celestib⁹. Nam circa solẽ apperuit circulus aureus. Apparuerunt etiaꝝ tres soles q̃ postmodũ in vnũ redacti sunt. Apparuit insuper circulus aureus in cuius medio erat puella puerũ gestans in gremio. Apparuit preterea noua stella magis in oriente. Secũdo in elemẽtis. ignis nou⁹ apparuit qui sodomitas cõsumpsit. Aer nouam claritatem induit cum nox in lucem versa est. Fons aque in oleum est conuersus. Terra nouam fecunditatem oñdit. cum vinee Engadi floruerunt ⁊ balsamũ pduxerũt. Tertio in creaturis insensibilib⁹. reptili pacis corruit. Statua Romuli cõfracta est. Ydola egypti subuersa sunt.

Quarto in creaturis cognoscentib⁹. Bos ⁊ asinus adorauerũt xpm in pspio. Octauianus renuit vocari de⁹. ⁊ xpm adorauit. Angeli collaudãt ⁊ pdicãt dei magnalia. Et sic ro⁹ mũdus exultat: vt dicẽ possit. Vidimus gloriam eius que nos saluabit in secula. Amen.

In festo sancti Stephani prothomartyris. Sermo. vi.

Tephanus plenus

S spũscto vidit gliam dei Act. vi. ⁊ in epla ⁊c. Dicit Aug⁹. i sermone hui⁹ diei dicit sic. Preclar⁹ athleta dei vincẽ spũ dei. ad stadiũ certaminis poꝝ exiuit: ⁊ tantã victorie adeptus est gloriaꝝ: vt primus acciperet coronaꝝ. Miles xpi fidelis: si miser martyrum fortis post xpm martyrij meruit principatũ. ⁊ cum ad crucis puenit signa priori de celo mittitur palma. hec ille.

Super quo verbo moueo talem questiõem Utrũ beatus Stephan⁹ adhuc in carne viator: fuerit diuine essentie clarus contẽplator. Ad istam questionem respondent duo doctores noui testamenti. Primus est beat⁹ Augu. in sermõe huius diei dicẽs sic. O beata fidei officina: q̃ tñ exaltasti martyrẽ vt ipsam cõspiceret maiestatẽ. Ecce inquit video celos apertos: ⁊ Jesum stantẽ a dextris dei. patuit sedes dei: ⁊ sulcato aere: celoꝝ latera penetrauit. Uider xpm: cõfitens xpm: moriturus p xpo: perrecturus ad xpm. Hec ille.

Secũdus est sanctus Tho. iiij. sniaruꝝ. di. xlij. q. xlix. articlo. vij. In Rub. dicẽs sic. Cũ beatitudo sit vltimus finis rõnalis creature. status vie in qualibet rõnali creatura: est ille in quo a beatitudine deficit. Beatitudo aũt cuiuslibet rõnalis creature cõsistit in visione dei p essentiam. Sed operatio delectabilissima in qua beatitudo consistit: oportet q̃ fiat potentie disposite ⁊ perfecte ad dignissimuꝝ obiectum. vt patet per phm. x. methaphi. Jõ ad hoc q̃ creatura rationalis sit beata p visionem dei in essentia sua. oportet q̃ in hanc visionem sit potens per aliquam dispositionẽ sibi inherentem: quã dicimus lumen glorie. Sic aũt nulla pura creatura in statu vie existens: videre potest deum per essentiam. Sz contingit aliquãdo diuina virtute q̃ aliqua res miraculose pducit in aliquid: in q̃ nullo modo põt per aliquas dispositiões sibi inherentes. Sicut q̃ virgo pariat: q̃ ignis in aqua comburat. Similiter potest miraculose fieri q̃ diuina virtute aliquis intellectus creatus non habens nisi dispositiones vie: reueletur ad videndum deũ per essentiã nec tamẽ ex tali visione põt dici beatus simpliciter. sed 9m quid tñ. inquãtuꝝ. s. cõicat in actu beati. Sicut etiã aliquod corp⁹ in statu grauitatis existens põt miraculose participare actum agilitatis vel impassibilitatis. Sicut de abacuch legitur Dañ. vlr. ⁊ de tribus pueris conseruatis in fornace. Danielis. iij. Nec tamẽ eorum corpora erant gloriosa. Jõ nulla pura creatura in statu vie existens potest deum per essentiã videre. Sed deus potest facere q̃ videat adhuc in statu vie existens. hec Tho. Beatus stephan⁹ in carne viuẽs vidit gloriaꝝ deitaut oculo corporali: aut mẽtali. Si corporali: fuerunt quattuor miracula in illa visione. Primũ quia vidit celos apertos. cum 9m naturaꝝ celuꝝ nõ possit aperiri: nec diuidi: nec scindi. Secundũ quia vidit Jesum: cum 9m naturam impossibile sit corpus glorificatum ab oculo mortali in sua gloria videri. Tertiũ quia vidit xpm stare a dextris. cuꝝ eñ corp⁹ xpi sit in celo empireo: videndo ipsum vidit vltra celum aereũ: sydereum: cristallinũ vsq; ad empireũ. Impossibile aũt est 9m naturam: vt oculus corporalis in tanta distantia videre possit. Quartum est quia vidit xpm cum virtute se iuuantem in certamine. Impossibile eñ erat 9m naturam vt stephanus superaret tot inimicos ipm persequẽtes: nisi diuina gra fuisset adiutus. Sicut Sãplon vicit philisteos: virtute spiritussancti que designabatur in septem capillis ei⁹. vt dicitur Judic. xvi. Sic stephan⁹ plenus spiritusancto vicit iudeos. Si autẽ vidit oculo mẽtali q̃ cõmuniter dicit: sic dico q̃ videre potuit: quia habuit oculum mentis purificatum p fidem. Actuũ. ix. Fide purificans corda eoꝝ. Illuminatũ p sapientiã. ps. Reuela oculos meos: ⁊ cõsiderabo mirabilia de lege tua. Sanctificatum p gratiaꝝ Matth. v. Beati mundo corde: q̃m ipsi deuꝝ videbũt. Deificatum per spiritũ sanctũ. Job xxxviij. De longe oculi eius prospiciẽt. Et 9 modo patet q̃ Stephan⁹ plenus spiritusancto: vidit gloriam dei vt dicit verbum propositum.

Stephanus plenus spiritu sancto: vidit gloriam dei.

Per sanctificationem.
Per electionem.
Per visionem.
Per orationem.
Per dimicationem.
Per passionem.
Per imperrationem
Per coronationem.
Per glorificationem.

Primo beatus Stepha

nus vidit gloriam dei per sanctificationem. Unde Augu. in sermone huius diei dicit sic. Natus est xps in terris: vt stephanus nasceretur in celis. Ingressus est dñs mundum: vt stephanus ingrederetur celuꝝ. Altus ad humilia descendit: ⁊ humilis ad alta ascendit. hec ille. Sciendum q̃ inter xpi discipulos: stephanus fuit primus natus in celo. Et si

cut xp̃us fuit primus natus in terris: sine vlla contagione peccati: aut originalis: aut actualis. Sic stephan⁹ fuit primꝰ natus in celo inter xp̃i discipulos: sine vlla macula: sed cum perfecta sanctificatione. Apocalip. xiij. Sine macula sunt ante thronū dei. Sanctꝰ stephanus natus est in celo quadrupliciter.

Primo ratione ampliorꝭ loci ad manendum. Sancti em̃ q̃diu sunt in vtero ecclesie: habent locum arctum. qm̃ terra exigua est ⁊ punctus. Sap. ij. Tanq̃ momentuꝫ stat ecre: sic aute te est orbis terrarū. Ideo exire appetunt vt recipiant locū amplum: de quo dicit Baruch. iij. O israel q̃ magna est dom⁹ dei: ⁊ ingens locus possessionis eius magnus ⁊ non habens finem: excelsus ⁊ immensus.

Secūdo ratiõe vberioris cibi ad vescendū. Sancti em̃ q̃diu sunt in vtero ecclesie sunt i cõtinua esurie. ideo exire appetunt: vt sint in plena satietate. p̃s. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Tertio rõne liberioris aeris ad respirandum. Sancti em̃ q̃diu sunt in vtero ecclesie nõ habent libertatem aeris. i. diuine refrigerationis: vt respirare possint. ideo exire apperunt: vt in dei eternitate respirẽt. Unde cantat ecclesia. Inter sanctos ⁊ electos tuos resuscitati respirent. Quarto ratione maioris lucis ad videndū. Sancti em̃ q̃diu sunt in vtero ecclesie: sunt in tenebris multiplicis ignorantie. ideo exire appetunt vt veniant ad lucem claritatis eterne. Apocalip. xxi. Claritas dei illuminabit illam. Ista q̃tuoꝫ sibi reseruata in celo beatus stephanus vidit: ideo de vtero ecclesie exire optauit. Uidit em̃ celum apertum tanq̃ locū amplū ad manendum. Uidit Jesum tanq̃ cibum ad vescendum. vidit dei dextram. tanq̃ beatuꝫ requiem ad respirandū. vidit gloriam dei tãq̃ eternam lucem ad videndum. et in his erat sanctificatio eius.

Secundo beatus stephanus vidit gloriam dei per electionez.

Unde Maxim⁹ in sermone huius diei dicit sic. Hesterno die natalez habuimus dñi saluatoris hodie summe deuononis. Hesterno quo renascimur ad p̃mium. hodie quo ꝓuocamur ad exemplum. Bene ergo hesterne solennitati festiuitas hodierna cõiuncta est. vt illa credentes eucheret ad vitam hec ꝓficientes duceret ad coronam. Omni ergo ecclesie beatꝰ Stephanus datus est ad profectuꝫ. Adhuc laycus diaconꝰ meruit electionem; ⁊ leuita martyrij meruit principatum. In plebe adhuc positus erat: sed iam virtutibus emines bat. humilis erat loco: sed celsus fide. Hec ille.

Sciendum q̃ dignitas beati stephani fuit; q̃ ab apostolis fuit primus ordinatus. cuius dignitas apparet ex plenitudine spiritussancti que erat in eo. sed plenitudo est quadruplex. Prima est effluentie: que fuit in christo Johãis p̃mo. De plenitudie eius nos omnes accepimus. Secunda est excellentie: q̃ fuit in beata virgie: que ꝓ omnibus sanctis excellentius gratiã accepit. Luce p̃mo. Aue gratia plena. Tertia est abundantie: q̃ fuit in apostolis qui spiritumsanctuꝫ in abundãtia receperunt. Actuū. ij. Repleti sunt omẽs spiritusancto. Quarta est sufficientie: quaꝫ habent omẽs fideles. Luce. i. Zacharias pater eius impleꝰ est spiritu sancto. Ista quadruplex plenitudo declaratur ad similitudinem aque. Est enim quedam plenitudo fluminis: ⁊ ista est effluentie que fuit in christo Psal. Flumen dei repletum est aquis. Quedam fontis ⁊ ista est excellẽtie que fuit in virgine: que ad instar fontis semper fluit. Cantic. iij. Fons ortorum puteus aquarum viuentium: que fluunt impetu de libano. Quedam riuuli decurrentis: ⁊ ista est abundãtie que fuit in apostolis. Unde postq̃ prophetã dixit. Flumen dei repletum est aquis: iratum subiunxit. Riuos eius inebriãs ⁊ cetera. Quedam est vasis: ⁊ ista est sufficientie: que est plenitudo mensu rata. iiij. Regum. iij. Pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nõ pauca ⁊ cetera. Beatus Stephanus habuit istam quadruplicem plenitudinem. Primo effluentie: in continua doctrine emanatione. Secundo excellentie in signorum ⁊ prodigiorum ampla operatione. Tertio abundantie in tam benigna inimicorum dilectione. Quarto sufficientie in operatione strenua fide recta: ⁊ dilectione syncera. Actuū. vi. Elegerunt stephanum virum. id est virilem. ecce operatio strenua: plenum fide: ecce fides recta: ⁊ spiritusancto. ecce dilectio syncera. Sic ergo beatus stephanus vidit gloriam dei per electionem ⁊c.

Tertio beatus stephanus vidit gloriam dei per visionem.

Unde Augustinus in sermone huius diei: dicit sic. Judei malicia cecabantur. Stephanus viso dei filio sapientie illustrabatur. Sciendum q̃ in veteri testamento quattuoꝫ genera hoim viderunt maiestatem dei. Primo patriarche. Sicut Jacob in statu vie existens: vidit deum facie ad faciez. Unde dixit. Geñ. xxxij. Uidi dominū facie ad faciem: ⁊ salua facta est anima mea. Hec enim apparitio nõ fuit dormiẽdo: sed vigilando. Nec tantū audiuit vocem secum loquentis sed etiam figuram inspexit hominis tñ. Unde dicitur q̃ apparuit ei vir ⁊c. quem angelum intellexit. Et ad hanc eminentiam designandam dicitur q̃ vidit dominū facie ad faciem. angelum dñm vocans. Secũdo duces. sicut Moyses. de quo dicit Nume. xij. Palam ⁊ non p̃ enigma cernit deum. ore enim ad os loquor ei. Unde Augustinus libro ij. de trinitate dicit. Qꝫ locutio illa que fiebat vocibus sic modificabatur: tanq̃ esset amici loquentis ad amicū.

Tertio reges. sicut Job. qui dicit. xl. Auditu auris audiui te. nunc autem oculus meus videt te. prius enim nõ fuit facta reuelatio ipsi Job: nisi per auditum loquentis non visi. Postmodum vero per visionem loquentis.

Quarto ꝓphete. sicut Esaias q̃ dicit. vi. ca. Uidi dominū sedentem super solium excelsum ⁊ eleuatum: ⁊ plena erat omis terra maiestate eius. In nouo testamento etiã quattuoꝫ genera hominuꝫ viderunt maiestatem dei. Primo Joban. bapti. qui dicit Johannis p̃mo. Uidi spiritum descendentem quasi columbam de celo: ⁊ mansit super eum et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem ⁊ manentẽ super eum. hic est qui baptizat in spiritusancto. ⁊ ego vidi: ⁊ testimonium perhibui. quia hic est filius dei. Secundo Petrus ⁊ duo filij zebedei. quando viderũt christum transfigurarum. vt dicitur Mathei. xvij. Tertio paulus. qui dicit. i. Corinth. xij. Scio huiusmodi hominem raptum vsq; ad tertium celum ⁊c. Ubi dicit Glo. q̃ deus ostendit apostolo vitam: in qua videndus est in eternum.

Quarto Stephanus qui celum apertuꝫ vidit: ⁊ gloriam dei conspexit: ⁊ Jesum glorificatum intuitus fuit. Unde dixit Actuuꝫ. vi. Ecce video celos aperros: ⁊ Jesum stantem a dextris virtutis dei. quod fuit magnū primilegium.

Quarto Beatus stephanus vidit gloriam dei per orationem.

Unde Fulgentius in sermone huius diei dicit sic. Stephanus vt nominis sui coronam mereretur accipere: charitatẽ pro armis habebat ⁊ per ipsam vincebat. Per charitatem dei: sequentibus iudeis non cessit per charitatem proximi: pro lapidantibus intercessit: p charitatem arguebat errantes vt corrigerentur: per charitatem proximi pro lapidantibꝰ orabat ne punirentur. Hec ille. Sciendum q̃ Beatus stephanus floruit quattuoꝫ virtutibus: quibus oratio sua meruit exaudiri.

multox nō poſſet eſſe niſi aliquis preſideret qui ad bonum cōmune intenderet. Multi em̄ per ſe intendūt ad multa. vnus vero ad vnum. Ideo philoſoph⁹ dicit. i. politice. Qz quandocuncz multa ordinantur ad vnum ſemper inuenitur vnum vt principale t diri gens. X̄ps aūt eſt gubernator t caput oīm naſcentiū ſpiritualiter ſed ſm diuerſos gradus. Primo t p̄cipaliter eſt caput eorum qui actu ſibi vniuntur per gloriam. Secundo eorum qui actu vniuntur ſibi per charitatem. Tertio eorum qui actu ſibi vniuntur per fidem. Quarto eorum qui ſibi vniunt in potentia nondum ad actum redacta que tamen eſt ad actum reducenda ſm diuinaz predeſtinationem. ſicut ſunt infideles per conuerſionem. Undecimū fuit aſſimilationis. Naz p̄mus homo fuit ſimilis deo ſm duplicem imaginē. X̄ps autem ſm triplicem. Unde ſuper illud pſ. Signatum eſt ſuper nos lumē vultus tui domine. Gloſa diſtinguit triplicem imaginem. ſcz creationis recreationis: t glorificationis. Imago em̄ dei reperitur in homie tripliciter. Uno modo ſm q̄ homo habet aptitudinem naturalem ad intelligendum t amandū deum. t hec aptitudo conſiſtit in ipſa natura mentis que eſt cōmunis oīnibus hoīb⁹. Alio modo ſm q̄ homo actu vel habitu cognoſcit t intelligit deum ſed imperfecte. t hec eſt imago per conformitatez gratie. Tertio modo ſm q̄ homo actu deum cognoſcit et amat perfecte: t ſic attēditur imago ſm humilitatem glorie. primis duobus modis fuit imago dei in adam in ſtatu innocentie: ſi omnibus modis fuit in chriſto. Duodecimum fuit tranſlationis. Nam p̄mus homo fuit poſitus in paradiſo terreſtri. Geneſ.ij. Tulit deus hominē t poſuit eum in paradiſo voluptatis. X̄ps autem eſt aſſumptus in paradiſo celeſti. Eph.iij. Aſcendit ſuper omnes celos vt adimpleret oīnia. pſ. Aſcendit ſuper celum celi ad orientem. Et ſic ptz corona glorificationis ieſu x̄pi.

Tertio exiuit ieſus portās

corona redemptiōis. Gentiles em̄ coronā ſpineam capiti ſuo impoſuerunt: q̄ē cruentantes deriſorie ſalutauerunt. Judei autez ipm̄ ceſari poſtpoſuerunt: t crucifige crucifige clamauerunt. In ipſo em̄ modo paſſionis x̄pi prefiguratus eſt effectus redemptionis quo ad vtroſq; ſcz iudeos t gentiles. Primo em̄ paſſio x̄pi habuit effectum ſalutis in iudeis, quoꝝ plurimi in morte x̄pi baptizati ſunt. vt patz Act.ij. t.iij. Secūdo vero iudeis p̄dicand⁹ effectū paſſionis x̄pi tranſiuit ad gentes. t ideo cōueniens fuit vt x̄ps a iudeis pati inciperet. t poſtea iudeis tradentib⁹ per manus gentiliū eius paſſio finieretur. Quia vero x̄ps ad oſtendendaz abundantiā charitatis ſue ex qua patiebat in cruce poſitus venia peccatorib⁹ poſtulauit. Hui⁹ petitionis fruct⁹ ad iudeos t gentiles peruenit: a quib⁹ patiebat. Ideo dicit Cañ.iij. Egredimini filie ſyon t videte regem ſalomonez in diademate quo coronauit eum mater ſua. Debemus aūt egredi a q̄ttuor que nos impediunt a fructu redemptionis. Primo a vicio conformādo volūtatem noſtrā diuine voluntati. Matth.xxvi. Non ſicut ego volo ſed ſicut tu vis: q̄ dicit qz rectum vult eſſe hoīem t ad deū dirigit. vt Aug⁹. exponit in Enchiridion. Et ſup illud pſ. Rectos decet collaudatio. dicit glo. Rectum cor habet q̄ vult q̄ deus vult, ſcz vt homo velit aliq̄d ex charitate ſicut deus vult. Secundo ab odio. Nam odium nū q̄ vinceret amorē: niſi ꝓpter amorē maiorem cui odium correſpondet. ſicut homo magis diligit ſeipm̄ q̄ amicuz. t ꝓpter hoc q̄ diligit ſe habz odio etiā amicū ſi ſibi contrarietur. Tertio a paſſione. Roma.vj. Judico aliam legē in membris meis repugnantem legi mentis t captiuantē me in lege peccati qz paſſio ligat rationē. imo cū paſſiones intendunt ligant totaliter vſum rōnis. Adulteri em̄ ꝓpter abundantiā amoris t ire verſi ſunt in inſaniam. Quarto a vindicta. Naz peccatū iudeoz crucifigentiū x̄pm q̄ō pceſſit ex inuidia. odio t vindicta fuit grauiſſimum ſicut dixit x̄pus pylato. Joh.xix. Qui tradidit me tibi maius peccatum habet.

Quarto exiuit ieſus portans

coronā exaltatiōis. Naz meritū impotat quandā equalitatem iuſticie. Unde apoſtolus dicit. Ei qui operatur merces imputatur ſm debitum. Cum enim aliquis ſibi ex iuſta voluntate ſubtrahit quod debet habere: meretur vt ſibi amplius aliquid ſuper addatur qua ſi merces iuſte voluntatis. Et inde ē q̄ ſicut dicit Luc.xviij. Qui ſe humiliat exaltabitur. Cum autem chriſtus in ſua paſſione ſe humiliauerit infra ſuam dignitatem yſq; ad confuſionem: t opprobria que

fustinuit. Ideo p̄ suā passionē ⁊ precipue p̄ coronationē spūalium. meruit exaltationē ⁊ manifestationē diuinitat̄ ipius. ꝺm illud Esa. lij. Exaltabit̄ ⁊ eleuabit̄ ⁊ sublimis erit valde sicut obstupuerūt sup̄ eū multi. sic inglorius erit inter viros aspect⁹ ei⁹. Et Phil. ij. dr. Fact⁹ est obediēs vsq; ad mortē: mortē aūt crucis. ꝓpter q̄ ⁊ de⁹ exaltauit illum ⁊ donauit illi nomē q̄ est sup̄ oīe nomē. scz vt ab oīb⁹ nominet̄ de⁹: ⁊ oēs sibi reuerētiam exhibeant sicut deo. ⁊ hoc est q̄ subdit̄ ur vt in noīe iesu oīe genu flectat̄ cele. ter. ⁊ infer. Et Esa. xxviij. Eris corona gl̄ie manu dñi: ⁊ dyadema regni in manu dei tui.

Quinto exiuit iesus portans coronā adoratōis.

Cum em̄ in xp̄o sit vna tantū p̄sona diuine ⁊ humane nature ⁊ etiā vna ypostasis. ⁊ vnū suppositū. ideo est ei⁹ vna adoratio: ⁊ vnus honor ex parte eius q̄ adorat. Vñ Damas. li. iij. dicit. Adoratur caro xp̄i incarnato dei ✠bo nō ꝓpter seipam: ⁊ ꝓpter vnitū ei ꝺm ypostasim verbum dei. Et sup̄ illud p̄s. Adorate scabellū pedū ei⁹. dicit glo. Qui adorat corp⁹ xp̄i nō terrā intuet: ⁊ illū potī⁹ cui⁹ scandalū est: in cui⁹ honore scabellū adorat. Et in capitulis quinte synodi dr. Si quis duabus naturis adorari dicit xp̄m. ex quo due adorationes introducunt: ⁊ nō vna oratione deū ✠bum in carnatū cū ꝓpria ipi⁹ carne adorat sicut ab initio eccl̄ie dei traditum est. talis anathema sit.

Sexto exiuit iesus portās coronā retributōnis q̄rum ad protestatē iudiciariā. Vñ dr Job. xxxvi. Causa tua quasi impij iudicata est. ꝓpterea iudicium causamq; recipies. Et Aug. li. de verbis dñi dicit Sedebit iudex q̄ stetit sub iudice. Damnabit veros reos q̄ falso fact⁹ est reus. Nam iudiciaria potestas boī xp̄o cōperit. Tuz ꝓpt̄ diuinā personā. Tum ꝓpt̄ capitis dignitatē Tum ꝓpt̄ plenitudinē gr̄e habitualis. Tū ex merito. s. vt ꝺm dei iusticiaz iudex esset: q̄ pro dei iusticia pugnauit ⁊ vicit ⁊ iniuste iudicatus est. Unde ipse dicit Apoc. iij. Ego vici ⁊ sedi in throno patris mei. In throno autē intelligitur iudiciaria potās. ꝺm illō p̄s Sedet super thronū ⁊ iudicat equitatem.

Septimo exiuit iesus portans coronam premiationis. p̄s. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Sicut em̄ lapides pretiosi firmant̄ in corona ⁊ ipam ornant: ⁊ ipa est ornamentū coronati. Sic in merito xp̄i firmant̄ oīes electi: ⁊ sunt ad ornamētū glorie sue: prout patuit in ioseph q̄ vendit⁹ a fratrib⁹ suis ductus est in egyptū ⁊ nō fuit fact⁹ eunuch⁹ ne pharao abuteret̄ eo quē a tam graui pcō dñs custodiuit pharaone infrigidato. Vñ ꝓpt̄ fidē ⁊ castitatē a domina sua accusat⁹ incarcerat⁹ fuit. Inde aūt extract⁹ ⁊ dñs egypti ꝓstituit⁹. dū circuiret egyptū declinauit ad domū pharaonis p̄ncipis satraparuz pharaonis: cui erat filia speciosissima nōe arseneth sed idolatra que idola abiecit vt ioseph haberet sponsuz. Ad hanc aūt desponsandā ac cessit ioseph indut⁹ tunica candida: ⁊ cū aurea corona in curru aureo. In corona vero erant inserti duodecim lapides ꝑcios: super q̄b⁹ erāt duodeci astra aurea ⁊ virga regia in manu ei⁹. vt dr in speculo hist̄oriali li. ij. c. cxviij. Hec oīa fuerūt figura xp̄i: ꝑcipue corona in qua sunt duodecim trib⁹ israel: super quib⁹ sunt duodecim apl̄i. vt p̄z Apoc. xxij. Et sic corona xp̄i est numer⁹ oīm saluandorum q̄ decorant xp̄m hic in statu gr̄e: nouiss̄ime aūt in statu glorie. Amen.

In festo victorie sancti Michaelis archangeli Sermo. xxxij.

Ic maior est in regno celorum. Matth. xviij. ⁊ in euangelio p̄sentis solēnitatis Beat⁹ Bern̄. sup̄ p̄s. Qui habitat dicit sic. Dñe q̄d est hō q̄ innotuisti ei: aut fili⁹ hois q̄ repuras eū? Deniq; mittis ei vnigenitū tuū i mittis spm̄ tuū. p̄mittis vultū tuum: ⁊ ne q̄d vacet i celestib⁹ ab ope sollicitudinis illos etiam bearos ipūs. ꝓpt̄ nos mittis in ministeriū nostrū. hec ille. Super quo moueo talē questionē. Utrū in eccl̄ia militanti archangel⁹ michael maiorē dignitatē assequitur: cui⁹ officio diligenti⁹ a deo gubernatur Ad istam questionē rñdent duo doctores.

Prim⁹ veteris testamēti ē Daniel. x. c. dicē Michael vn⁹ de p̄ncipib⁹ p̄mis venit in adiutoriū meū. Secūdus noui testamēti est Johānes Apoc. xij. dicē sic. Factū est prelium magnū in celo. Michael ⁊ angeli ei⁹ prelia bantur cū draconе: ⁊ draco pugnabat ⁊ angeli eius ⁊ non valuerūt. neq; est inuentus locus eor̄ amplius in celo. Sciendū q̄ ꝺm

glo. sup̄ illud Matth. xxij. Simile est regnum celor̄ homini regi qui fecit nuptias ⁊c. per regnū celor̄ p̄sens ecclesia siue congregatio iustor̄ intelligit̄. Manc aūt ecclesiaz gubernat deus p̄r angelos. Unde Aug. dicit lij. de trini. Quēadmodū corpora grossiora ⁊ inferiora: p̄ subtiliora ⁊ potentiora quodā ordine regunt̄. Ita oīa corpora p̄r spm̄ vite rōnalē. ⁊ spūs vite rōnalis deseror⁹ arctq; rector per spm̄ vite rōnalē ⁊ pium ⁊ iustum ⁊ ille per ipm̄ deū. Nam tam in reb⁹ hūanis q̄m etiā naturalib⁹ hoc cōiter inuenit̄ q̄ potestas particularis gubernat̄ ⁊ regit a prāte vniuersali. sic potestas balliui gubernat̄ p̄ potestatē regis. Superiores aūt angeli qui p̄sunt inferiorib⁹ habēt sciētiā magis vniuersalē sed ✠bus cuiuslibet corporis est magis pricularis q̄m ✠r spūalis substātie. Nam oīnis forma corporalis est indiuiduata per materiā ⁊ determinata ad hic ⁊ nunc. Formе aūt imateriales sunt absolute ⁊ intelligibles. ⁊ ideo sicut inferiores angeli qui habent formas min⁹ vniuersales regunt̄ per superiores. ita oīa corporalia regunt̄ per angelos. Sed actio quā angel⁹ exercet̄ p̄cedit a deo velut a p̄mo p̄ncipio cui⁹ nutu ⁊ auctoritate angeli operant̄: ⁊ in deū reducitur sicut in vltimū finē. ⁊ hoc facit ministerium. Nam minister est sicut instrumentū intelligens. Instrumētū aūt ab alio mouet̄ ⁊ ei⁹ actio ad aliud ordinat̄. Unde actiones angelorum ministeria vocant̄. ⁊ ꝓpter hoc dicuntur in ministeriū mitti. Heb. i. Oēs sunt administratorij spūs in ministeriū missi p̄pter eos q̄ hereditatē capiunt salutis. Inter hos aūt angelos missos circa homines precipuum est ministeriuz beati michaelis. ideo hic maior est in regno celorum.

Nic maior est in regno
Archangelorum.
Patriarcharum.
Prophetarum.
Xp̄ianorum.
Paganorum.
Electorum.
Sanctorum.

Primo sanctus michael est maior in regno archangelor̄. Unde cāntat eccl̄ia. Collaudem⁹ venerantes oīnes celestiū lites: sed precipue p̄matē celestis exercitus michaelem. Computatur em̄ in ordine p̄ncipatuū. de quo ordine sanctus Tho. p̄ma parte. q. cviij. arti. v. dicit sic. Principari vero vt Greg. dicit. Est inter reliquos priorem existere quasi p̄mi sint in executōe eorum que imperantur. Et ideo Dionysius dicit. ix. c. celestis ierarchie. Qz nomen p̄ncipatuū signat ductiuum in ordine sacro. Illi em̄ qui alios ducunt primi inter eos existentes: p̄ncipes proprie vocantur. ꝺm illud p̄s. Preuenerunt p̄ncipes coniuncti psallentibus. ꝺm Greg. autem archangeli dicuntur ex eo q̄ p̄ncipantur soli ordini angelorum. quasi magna nunciantes. Principar⁹ aūt dicuntur ex eo q̄ p̄ncipantur oīnibus celestibus p̄ncipib⁹ diuinas iussiones explentibus. Executio em̄ angelicor̄ ministeriorum cōsistit in annūciando diuina. In executione aūt cuiuslibet actus sunt quidā quasi incipientes actionē ⁊ alios ductēs sicut in cātu precentores: ⁊ in bello illi qui alios ducunt ⁊ dirigunt. ⁊ hoc p̄tinet ad principat⁹. Alij vero sunt qui simplicit̄ exequunt̄. ⁊ hoc pertinet ad angelos. Alij ꝺo medio modo se habent q̄ ad archangelos pertinet. Principatus ergo sunt p̄mi in executōe diuinor̄ ministeriorum. vtpote presidentes gubernationi gentiū ⁊ regnor̄ q̄ est p̄mū preceptuz in diuinis misterijs. Nam bonuz gentis est diuini⁹ q̄m bonū vni⁹ homis. Prim⁹ ergo ordo post dñationes dicit̄ p̄ncipatuū qui etiā bonis spiritib⁹ p̄ncipat̄. vt Greg. exponit. hec Tho. Sanctus michael in prelio habito cū lucifero. fuit dux ⁊ princeps. Unde vicit luciferū cū angelis suis ⁊ de celo in hunc aerem caliginosum ⁊ in pfundū abyssi tandē deiecit. Uñ cantat eccl̄ia. Michaelē in ✠bute conterentē zabulon. De isto prelio dicit Apoc. xiij. Et proiect⁹ est ille draco magn⁹ serpens antiquus q̄ vocatur diabolus ⁊ satha nas. proiect⁹ est in terra: ⁊ angeli ei⁹ cuz eo missi sunt. Non em̄ p̄missuz est eis habitare in supiori parte aeris: qz locus lucidus est ⁊ clarus. nec in mūdo nobiscū. qz nimis nos suis temptationib⁹ infestarent. Sed in medio aeris vt dū sursuz respiciunt ⁊ vidēt gloriā quā amiserunt: inde dolorē habeant. Et dum inferi⁹ p̄spiciunt ⁊ vident boies sursuz ascendere vnde ipi ceciderunt inde inuidia torqueantur. Unde Eph. vi. Non est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinem: sed aduersus principes ⁊ potestates tenebrarum harum contra spiritalia nequitie in celestibus. Et sic michael est maior in regno archangelorum.

Secūdo sanctus michael

est maior in regno patriarcharū. Unde sanctus Tho. parte.i.q.cxiij. dicit sic. Ad bonus operandū duo cōcurrunt. Primo quidem ꝙ affectus inclinet ad bonum qđ quidē fit in nobis per habitū ꝟtutis moralis. Secūdo ꝙ ratio inueniat congruas vias ad perficiendum bonū virtutis. qđ quidē pbs attribuit prouidentie. Quantū ergo ad primū deꝰ hoiem custodit imediate infundendo ei gr̄am & ꝟtutes. Quantū ad secundū deꝰ custodit hoiem sicut vlis instructor: cuiꝰ instructio peruenit ad hoies mediantibꝰ angelis. Custodia aūt humane multitudinis ad ordinē p̄cipatuus pertinet. Unde & michael vnꝰ de p̄cipibus dicit. Daniel.x. Inferiores aūt angeli exercent officiū superiorum: in q̄tum aliquid de dono eoꝝ participant & se habent ad supiores sicut executores virtutis eoꝝ. Homo em̄ in statu innocētie non patiebat aliqđ periculum ab interioꝝ: q̄ interierant omnia ordinata: sed imminebat ei periculus ab exteriori ꝑ insidias demonū vt rei ꝓbauit euentꝰ. & ideo indigebat custodia angeloꝝ. Etiam angeli q̄ subuerterunt sodomā percusserunt sodomitas cecitate vel aurisia: vt hostiū domus inuenire non possent. vt dicitur Gen̄.xix. hec tho. In homie potentia operatiua sepius impeditur ne exeat in opus ꝓpter mūdi oppressionem. Job.xvi. In mūdo pressuram habetis. sed istud impedimentū remouent principatus q̄ faciūt nos mūdanis omnibꝰ p̄ncipari. Hoc significatū est Gen̄.xxxij. vbi cuꝫ iacob esau valde timeret angelos sibi obuios habuit. ipsum adiuuare paratos. Et ait. Castra dei sunt hec. Tunc angelꝰ tria bona iacob dedit. q: ipm cōtra esau constantē fecit. israel nomen ei imposuit & neruū femoris eius percussit & emarcuit. Hec aūt omnia spectant ad p̄cipat⁹ in quoꝝ ordine primꝰ est michael qui mandauit angelo vt diceret agar ancille ꝙ ad dñam suaꝫ rediret & se ei humiliaret. Gen̄.xvi. &c.

Tertio sanctus michael

est maior in regno ꝓphetarū: q̄m ꝓphetica reuelatio fit ꝑ angelos. Unī sanctus Tho. ſcda ſcē.q.clxxij.arti.ij. dicit sic. sicut apls dicit Rom̄.xij. Que a deo sunt ordinata sūt habet aūt hic diuinitatis ordo. sicut Dionysius dixit. vt infima ꝑ media disponat. Angeli aūt mediij sunt inter deū & homines. vt pote plus participantes de perfectiōe diuine bonitatis q̄ homies. Et ideo illuminationes & reuelationes diuine a deo ad hoies ꝑ angelos deferunt. Prophetica aūt cognitio fit ꝑm illuminationē & reuelationem diuinā Unde manifestū est ꝙ fiat ꝑ angelos. Dicit em̄ Diony.iiij.c. celestis ierarchie Diuinas visiones gl̄iosi patres nostri adepti sunt ꝑ medias celestes virtutes. hec tho. Sanctꝰ michael fuit ꝓnceps synagoge. ꝑm qđ dicit Dañ.x. Nemo mihi adiutor est nisi michael ꝓnceps vester. Circa quā fecit q̄ttuor. Primo miranda. Nam ipse fuit ille angelus qui plagas egyptijs intulit: qui mare diuisit: qui in colūna ignis & nubis ꝓpm̄ israeliticū ancerestit: qui in terraꝫ p̄missionis hebreos introduxit. Secūdo stupēda. Scies em̄ diabolꝰ iudeos ad idolatriā ꝓmptos esse volebat corꝑ moysi honorifice sepelirent iudei suas idolatrias ibi exercerēt. & michael victoriā obtinuit q: moysi corpus ab oīnibꝰ absconditur. Unī in canonica iud̄.i. ca. dicit. Cum michael archangelus cū diabolo disputans altercaret de moysi corpore non est ausus iudiciū inferre blasphemie. & dixit. Imperet tibi deꝰ. Forte etiā ista altercatio fuit q: diabolus dicebat se in moyse ꝑpter peccm̄ ad aquas contradictōis aliquod ius habere. Sed cū michael culpam sibi remissam assereret & diabolus adhuc instaret michael dixit. Imperet tibi deus. Tertio ꝓ regenda. Nam cū syri obsiderent ciuitatem samarie: dixit Helyseus. Plures nobiscum sunt q̄ cuꝫ illis: & loquebat de angelis quorum ꝓnceps erat michael: qui percussit syros cecitate: quos helyseus duxit in samariam. vt habet.ij.Reg̃.vi. Quarto adiuuāda. Dicit em̄ Dañ.x. Ex persona gabrielis archangeli ꝓnceps regni persarū restitit mihi.xx.vno diebꝰ. Et ecce michael vnꝰ de ꝓncipibꝰ ꝓmis venit in adiutoriū meum. Super quo sanctꝰ Tho. parte.i.q.cxiij.arti.viij. dic sic. Dicit Hieroñ. exponēs hec ꝟba dicit ꝓncipem regni persarū esse angelū qui se opposuit liberationi ꝓpli israelitici ꝑ quo Daniel orabat. Gabriel preces deo ꝓsentāte. Nec aūt resistentia potuit fieri quia ꝓnceps alicuis demonū iudeos in perfidē ductos ad peccm̄ induxerat: per qđ impedimentū prestabatur orationi danielis ꝑ eodem ꝓpheticantis. Sed ꝑm Grego.li.xvij.mora. Ꝓnceps regni persarū fuit bonꝰ angelus custodie illiꝰ regni deputatꝰ. Ad videndum ergo qualiter vnꝰ angelꝰ alteri resistere nititur considerandū est ꝙ diuina iudicia circa diuersa regna & diuersos homies per angelos exercentur. In suis aūt actionibꝰ angeli ꝑm diuinā sententiam regulant. Contigit autē quandoq; ꝙ in diuersis regnis vel in diuersis hominibꝰ contraria merita vel demerita inueniunt vt vnus alteri subdatur: aut p̄esit. Quid aūt sup hoc ordo diuine p̄uidētie habeat: cognoscere non possunt nisi deo reuelante. Unī necesse habēt sup his diuinā sapientiam consulere. Sic ergo in q̄tum de cōtrarijs meritis & sibi repugnātibꝰ diuinā cōsulunt voluntatē resistere sibi inuicē dicuntur. Non quia sint eoꝝ contrarie volūtates eius in hoc omies concordent qđ dei sententia impleat: sed quia ea de quibꝰ consulūt sunt contraria, hec Thomas.

Quarto sanctus michael

est maior in regno xp̄ianoꝝ. Nam vt dicit sanctꝰ Tho. parte.i.q.cxi.ar.i. Ad fidē duo concurrūt. Primo quidē habitꝰ intellectꝰ quo disponit ad obediendū voluntati tendenti in diuinā veritatē. Intellectꝰ em̄ assentit ꝟitati fidei nō qua si cōuicꝰ rōne: sed q̄si imperatꝰ a volūtate. Nullus em̄ credit nisi volens. vt Aug̃. dicit. Et q̄tū ad hoc fides est a solo deo. Eph̄.ij. Gratia estis saluati ꝑ fidē & nō ex vobis: dei em̄ donū est. Secundo requirit ad fidez ꝙ credibilia ꝓponant credenti. & hoc quidē ꝑ hoiem fit ꝑm ꝙ fides est ex auditu. vt dī Rom̄.x. sed p̄cipaliter per angelos ꝑ quos hoibꝰ releuant diuina. Unī angeli aliqđ operant ad illuminationē fidei: & m̄ hoies illuminant ab angelis nō solū de credendis q̄ etiā de agēdis. ꝑm ꝙ Diony. ꝓbat.iij.c. cel. ierar. ꝙ reuelatōes diuinoꝝ puenit ad hoies mediantibꝰ angelꝰ hec tho. Sanctꝰ michael instituit ecclīam dei de credēdis qđ ꝑs ex q̄ttuor. Prio qz ē ꝓnceps ecclie xp̄i. Post ꝙ cū iudea dñs crucifixit: michael factꝰ ē ꝓnceps eccl̄ie. Unī refert Josephꝰ ꝙ audite sūt voces angelorum dicentiū. Transeamꝰ ab his sedib⁹. Etiā ipe solus inf sanctos angelos acies xp̄i signifer est. ꝑm qđ cantat eccl̄ia. Signifer sanctꝰ michael repsentet eas in lucē sanctā. Et iterū. Dū sacrū misteriū cernet iobes archāgelꝰ michael tuba cecinit. Dignꝰ es dñe deꝰ nr̄ accipe librū & soluere signacula ei⁹. Et sumitur Apoc̄.v. vbi dī. Vidi angelū fortē ꝓdicātem voce magna. Quis est dignꝰ aperire librū & soluere signacula ei⁹ &c. Secūdo qz est instructor ecclie. Quicqđ em̄ ꝟtutis: iustitie: misericordie: & obseruātie legis xp̄i est in nobis. vt dic̄ Greg̃. Ab instructōe michael̄ ꝓcedit. Unī iste ē ille angelꝰ q̄ ligauit diabolum ꝑ annos mille: vt nō seducat ecclīaꝫ donec ꝓsumant mille ānī. vt dī Apoc̄.xij. Iste est ille angelꝰ q̄ cū magno exercitu angeloꝝ diuinis interest misteriis in altari cū hostia ꝓsecrat. Iste ē ille angelꝰ q̄ sipontinis victoriā dedit: & ꝓtra aduersarios oīa elemēta pugnare fecit. Terrā: qz mōs gargan⁹ ꝓtremuit. Mare: qz caligo tenebrosa totū monte obduxit. Ignem quia fulgura crebra volabāt. Aquā. vñ cantat eccl̄ia. Cōcussus est mare & ꝓtremuit terra. vbi archangelꝰ michael descendebat de celo. Et hec pugna vocat victoria sc̄i michaelis q̄ celebrat. viij. Id⁹ Maij Rome aūt eodē die celebrat apparitio sc̄i michaelis. qz eodē die apparuit michael archangelus brō Grego. pape. tergēs gladiū a peste inguinaria quā deꝰ romanis immiserat. Tertio qz est destructio antichristi. sicut em̄ dic̄ glo. sup illō Apoc̄.xiij. Vidi vnū de capitibus eiꝰ occisum: antichristꝰ mortuū se finget & p triduuꝫ latēs postea apparebit dicēs se suscitatū. Et fercentibꝰ cuꝫ demonibus in aere ascendet: & vniuersis mirantibꝰ adorabunt eū. Tandē dū stabit in papilione suo in mōte oliueti michael ipm occidet vt dic̄ glo. sup illud.ij. Thessal̄.ij. Quē dñs interficiet spū oris sui. Quarto qz est conductor iudicij: qz ad vocē ipius omes resurgent. ꝑm illud.i. Thessal̄.iiij. Ipe dñs in iussu & in voce archangeli: & in tuba dei descendet de celo. & mortui qui in xp̄o sunt resurgent primi. Etiam in die iudicij crucem: clauos: lanceam: & coronam spineam christo ꝓsentabit: vt omies agnoscant q̄ iuste iudicentur.

Quinto sanctus michael

est maior in regno paganoꝝ. Unde sanctꝰ Thomas parte.i.q.cxiij.arti.iiij. dicit sic. Sicut infideles nō ꝓuantur interiori auxilio naturalis rationis. Ita etiam non ꝓuant exteriori auxilio toti nature humane diuinitus concesso. scz custodia angeloꝝ ꝑ quā & si non inuentur q̄tuꝫ ad hoc q̄ vitā eternam bonis operibus mereantur: quia infideles etiam interdum bona faciūt: sed non bene. qz non recta intentione faciūt quoniā

fides intentionem dirigit. vt Aug. dicit. Juuatur tamē ꝑtus ad hoc ꝙ ab aliquib⁹ malis retrahitur quib⁹ sibi ꝑ sis & alijs nocere possunt. hec Tho. Sciendū ꝙ michael archangelus plura signa ostēdit infidelib⁹ quibus poterant deus verum cognoscere & ab idolatria sua cessare. Prio tempe abrahe quē vnū verū deū predicando iactauerunt in ignē. sed michael archangelus ipm liberauit. de hur. i. igne caldeoꝝ. Exo. xv. Secundo tempe moysi immolato agno in egypto signat⁹ eius sanguie domib⁹ hebreoꝝ michael archangelus venies pcussit egyptiorum primogenitis. post graues plagas in mari submersit pharaonem & exercitū eius

Tertio tempe iudicū debellatis. xxxij. regibus chananeoꝝ per iosue diruris muris iericho ad sonum tubarum. Josue. vi. Percussis centū viginti milib⁹ bellatoꝝ per gedeonem. & trecentos viros comites ei⁹. Judicū vij. Prostratis mille viris cum mandibula asine per samsonem. Judic. xiiij. Percussis philisteis i secretiori parte nature. qz archā dñi ireuerent⁹ tractauerunt. i. Reg. v. Michael eis demonstrauit viam veritatis quā ferre neglexerūt. Quarto tempe regū. Michael percussit centum octoginta q̄nq̄ milia viroꝝ qui venerūt cū senacherib rege assiriorum vt ꝓphanarent templū. iiij. Reg. xix. Etiā percussit centū milia pedites de syris qui venerant cū benadab contra populum dei. iij. Reg. xx. Ubi ergo sunt dij eorum in quib⁹ habebant fiduciā. cur eis nō sunt opitulati & in necessitatib⁹ nō ꝓtexerunt. Hec signa demōstrauit sanct⁹ michael vt colerēt viū verū deum: sed noluerunt.

Sexto sanctus michael

est maior in regno electoꝝ. Uñ cātat sancta mater eccl̄ia. Archangele michael cōstituite ꝓncipē sup oēs aias suscipiendas. Habz em officiū ponderandi. ꝓpterea in eccl̄isijs pingit⁹ ponderans animas. Dicit em Dan. v. Appēsus es in statera & inuent⁹ es minꝰ habens. Sunt em quattuoꝝ differentie animaruz. Quedā sunt vacue que nulla secum merita portauerūt. Istas appendet & dicet Appensus es in statera & inuent⁹ es nihil habens. Quedam sunt semiplene: que aliq̄ bona fecerunt. & tepide & negligēter. Istas ponderabit & dicet. Appensus es in statera & inuent⁹ es minus habens. Quedaz sunt plene que multa secum merita portauerunt Istas ponderabit & dicet. Appensus es in statera & inuentus es satis habens. Quedam sunt superplene que nō tantū ꝑcepta sed etiam consilia seruauerunt. Istas ponderabit & dicet. Appensus es in statera et inuentus es multū habens.

Septimo sanctus micha

el est maior in regno sanctoꝝ. Habet em officiū deportandi cū ceteris angelis sibi subiectis animas in paradisum. Unde cantat ecclesia, Venit michael archangelus cum multitudine angeloꝝ. cui tradidit de⁹ aias sanctoꝝ vt perducat eas in paradisum exultationis. Data est potestas archangelo michaeli sup animas sanctoꝝ. Portat em eas valde reuerēter: qz nō humeris sed manib⁹. pā. In manib⁹ portabunt te. Portat valde diligent⁹ quia ab oīnib⁹ offendiculis defendit. Ibidem. Ne forte offendas ad lapidez pedem tuum. Portat valde gaudenter: quia cū canticis & iubilationib⁹. Esa. lv. In letitia egrediemini & in pace deducemini. Portat valde humiliter: qz pauperes & mēdicos non contēnit. Luc. xvi. Factum est vt moriꝛ. & portaret⁹ ab angelis in sinu abrahe. quia secure ergo sunt anime que talē portatorem. sicut aliquādo socius in itinere alium portat: nō humeris sī solacijs. Esa. lv. Montes & colles cantabūt coram vobis laudem & omnia ligna siluarum plaudent manu. i. angeli maiores & minores: quoꝝ oones perducant nos ad regna celoꝝ. Amen.

In festo ascensionis dñi Ser. xxxiij.

Videntibus illis iesus

v eleuat⁹ est. Act. i. & in epla hodierne solēnitatis. Joh. xx. dixit iesus. Ascendo ad patrē meū & patrē vestrū. deū meū & deus vestrū. Super quo moueo talem ꝗstionē. Utruz ascensio xpi in celum qua cū patre in eternū regnaturus naturaz humanā attraxit: fuerit nobis vtilior ꝙ sua ꝑsentia corporalis quā a nob⁹ subtraxit. Apparet alicui ꝙ nō: & ꝓpter ipm & ꝓp nos.

Primo ꝓp ipm. quia ad hoc venerat vt se verū dei filiū declararet. Joh. xvij. Pater manifestaui nomē tuū homib⁹ quos dedisti mihi. Sed hoc fuisset magis manifestatum si semp fuisset conuersatus cū homib⁹ tum rōnib⁹. tum exemplis. tum miraculis. ergo &c. Secundo ꝓpter nos. quia filius dei naturā humanā assumpsit ad nostram

salutē. Si magis fuisset salutare' omnibus ꝙ semper cōuersaret nobiscū in terris. Nā multi iudei & pagani conuersi fuissent ad fidem: & multi peccatores a peccatis abstinuissent de fide: antes videre iesum. Uñ ipse dicit Luc. xvij. Uenient dies qñ desiderabitis videre vnū diē filij hoīs & nō videbitis Gentiles etiā dicebant Joh. xij. Volum⁹ iesum videre. ergo &c. Ad istā questionem respondent duo doctores. Prim⁹ est dauid in ps. dicens. Notas mihi fecisti vias vite adimplebis me lētia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq̄ in finē. Sup quo dic glo. Delectatio & letitia erit mihi in cōfessu tuo humanis obtutib⁹ subtracto. Secundus est scūs Tho. iij. pte. q. lvij. ar. i. dicens sic. Loc⁹ dz eē ꝓportionat⁹ locato. xps aūt ꝓ resurrectione suā vitā imortalē & incorruptibilē inchoauit. loc⁹ aūt in quo nos hitam⁹ est loc⁹ gñatiōis & corruptiōis. sī locus celestis est loc⁹ incorruptiōis. & iō non fuit ꝓueniēs ꝙ xps post resurrectionem remaneret in terris: sī ꝓueniēs fuit ꝙ ascēderet in celū. hec Tho. Sciēdū ꝙ xps ascēdit q̄drupl'r. Prio opāte sua dīnitate. Nā xps ex ꝟrute dīnitat⁹ in celū ascēdit tanq̄ ex cā nō aūt ex ꝟrute hūane nature. iō xps ascēdit in celū nō vt ꝙ hō: sī vt ꝙ de⁹. Unde Aug. dic. in sinone de ascēsiōe. De nō fuit ꝙ xps ꝛpēdit in cruce: de suo aūt ꝙ ascendit. Scdo coopante sue aīe dignitate. Cā ascēsiōis xpi in celū fuit ex ꝓte aīe glificate. ex cui⁹ redūdātia glificat⁹ corp⁹ vt Aug. dicit ad dyascoꝝ. Erit em tāta obedientia corporis gliosi ad vitā beatā vt sic Aug. dicit xij. de ciui. dei. Ubi volet spūs: ibi erit ptin⁹ corp⁹. nec volet aliquā qō nec spūs posset decere nec corp⁹ decet aūt corp⁹ gliosum & immortale eē in loco celesti. & iō ex ꝟrute aīe volētis corp⁹ xpi ascēdit in celū. Sicut aūt corp⁹ efficit gliosum ex redūdantia aie: ita vt Aug. dicit sup Jo. Participatiōe dei fit aīa bta. vñ ꝑma oratio ascēsiōis in celū est vīr⁹ diuina. Sic ḡ xps ascēdit in celū ꝓpria ꝟrute. Prio quidē ꝟrute dīna. Scdo ꝟrute aīe glificate mouētis corp⁹ put vult. Tertio ꝓparāte sua hūilitate. Nā xps i sua passiōe hūiliauit se infra suā dignitatē quātū ad locū. qz corp⁹ eius positū fuit in sepulchro: aīa in inferno: iō meruit vt sibi amplⁱ aliq̄d supadderet q̄si merces iuste voluntatis. & hoc q̄ntū ad ascēsionē in celū. vñ dr Eph. iiij. Descēdit primū in inferiores partes terre. qui aūt descendit ipe est: & q̄ ascendit sup oēs celos. Quarto ꝓmerēte sua claritate. Nā q̄nto aliq̄ corpa ꝑfect⁹ ꝓticipāt bonitatē diuinā: tanto sunt superiora corpali ordine q̄ est ordo localis. vñ videmus ꝙ corpa q̄ sunt magis formalia sunt naturaliter superiora. vt ps ꝙ phm. iiij. phisic. & in. ij. de celo. Per formā em vnūquodq̄ corpus ꝓticipat diuinū esse. vt ps. i. phisic. Pl⁹ aūt ꝓticipat de dīna bonitate corp⁹ ꝙ gliam ꝙ q̄dcūq̄ corp⁹ naturale ꝙ formā sue nature Et inter cetera corpa gliosa manifestū est ꝙ corp⁹ xpi maiori refulget glia. vñ ꝓueniētissimū est sibi ꝙ sit supra oīa corpa constitutū in altū. Et iō super illud Eph. iiij. Ascendens in altū. dicit glo. loco & dignitate. & ire rū. ascēdit sup oēs celos. vt adimpleret oīa que sunt ostensa discipulis. ꝓpterea dicit⁹ Videntibus illis eleuatus est.

Jesus eleuatus est videntibus
Angelis.
Patriarchis.
Prophetis.
Apostolis.
Justis.
Peccatoribus.
Purgatis.

Primo iesus eleuatus

est videntib⁹ angelis. Nā sicut dicit aplus Roma. xiij. Que a deo sunt: ordinata sunt. Est aūt hic ordo diuinit⁹ institut⁹ vt ea q̄ supra hoīes sint hoib⁹ ꝑ angelos reuelentur vt ps ꝑ Dyoni. iij. c. cele. hierar. Ascensio aūt xpi ꝙtū ad terminū a quo: nō trāscendebat hoīm cōem noticiā: sed solū ꝙtū ad terminū ad quē. & iō manifestata est angelis primo. quoruz testimonio deferretur in alios. In q̄b⁹ angelis circa diuinā ascensionē fuerūt ꝙtuor. Primo revelatio. Nā vm Dyoni. Lex dīne bonitat⁹ est vt illuminationes suas influat ag̈elis superioribus. superiores medijs. medij inferioribus. inferiores nob. Ista lex bodie est ꝟuata. nā ipe xps suam ascensionez superioribus angelis reuelauit q̄si ipis interrogātib⁹. ds ē iste rex glie: rīndit. Ego q̄ loquor iusticiā & ꝓpugnator sum ad saluādum. Esa. lxiij. Superiores ag̈eli medijs reuelauerūt. ps. Dies dici eructat ꝟbū. i. superiora hierarchia reuelat mysteriū ascensionis medie hierarchie. cū dicit Exultauit vt gygas ad currēdā viā: a summo celo egressio ei⁹. Et occursus ei⁹ vsq̄ ad summū ei⁹.

Adedij reuelauerũt inferiorib⁹ qñ eis interrogantib⁹: qs est iste rex glie: rñderũt. dñs fortis ⁊ po. in p. dñs ⁊turũ ipe est rex glie. Inferiores nob reuelauerunt. qr vt dicitur Ecce. i. Ecce duo viri. i. duo angeli in forma viri. astiterũt in vestib⁹ albis ⁊ dixerũt discipulis. Viri ga. qd sta. aspi. in celũ: hic iesus q assum. est a vo. in ce. sic ve. quẽad. vi. eũ eum. in celũ. Scdo admiratio. mirabant eñ q terra ascẽderet sup celũ. cũ olim dictũ esset Prou. xxv. Celũ sursum ⁊ terra deorsum. mirabant q hõ ascẽdebat sup angelũ. ps. Ascẽdit sup cherubin ⁊ volauit. mirabantur q hõ ascẽdebat vsq ad deũ. Danielis. vij. Venit vsq ad virũ q sedebat in throno. mirabant q hõ crucifix⁹ ascẽdebat cũ tanta prãte. Esa. lxij. Quis est iste q venit de edom tinctis vestibus de bosra: Iste formosus in stola sua gradiẽs in multitudine virtutis sue. Tertio reductio. associabãt eñ ⁊ deducebãt xp̃m in celũ tanq̃ regem ad soliũ maiestatis. Esa. ix. Sup soliũ dauid ⁊ sup regnũ ei⁹ sedebit. tanq̃ victoriosum pugilẽ ad brauium victorie triũphalis. Apoc. iij. Ego vici ⁊ sedi cũ p̃re meo i throno ei⁹: tanq̃ pontifice ad tẽplũ paterne pietatis. Heb. iij. Vñ res pontificẽ magnũ qui penetrauit celos iesum. tanq̃ iudicẽ ad sedem iudiciarie prãtis. Matth. xxv. Cũ venerit filius hois in maiestate sua: tũc sedebit in sede maiestat⁹ sue. Quarto iubilatio. ps. Ascẽdit de⁹ in iubila. ⁊ do. in vo. tube. Dẽs angeli sine intermissione continuatis vocib⁹ psallebant dicentes. Psallite deo nr̃o: psallite regi nostro: qm̃ rex omis terre deus ⁊c.

Secundo iesus eleuatus

est videtib⁹ patriarchis. Nã ppt̃ promissionem ade ianua regni celestis erat clausa sic q nemo q̃uis sctus poterat p illã ingredi. q̃uis aũt xp̃s sua passione meruerit nob introitũ regni celestis ⁊ impedimẽtus remouerit: tñ p suã ascensionẽ nos q̃si in possessionẽ regni celestis introduxit. Et hoc patriarche ꝓuiderunt. Adã in trãslatione ei⁹ in paradisum post sui creationẽ. vt ps Beñ. iij. Abrahas in egressione: cũ dictũ est ei Beñ. xij. Egredere de terra tua ⁊ de cognatiõe tua ⁊ de domo p̃ris tui: ⁊ veni in terrã quã monstraue ro tibi ⁊ faciã te crescere ⁊c. Ysaac in seminatione. vt cũ dr̃ Beñ. xxij. Seminauit in terra illa ⁊ habuit in ipo anno fructũ cẽtuplũ. Jacob in hiratiõe. Beñ. xxxv. Ascẽdens in montẽ bethel. i. domus dei. ⁊ hita sibi ⁊c. Moyses in auxiliatiõe. Deut. xxiij. Ascẽsor celi auxiliator⁹ tu⁹. Josue in expugnatiõe. Josue. i. Ascẽdit cũ seniorib⁹ i fr̃ote exercit⁹

Tertio iesus eleuatus ẽ

videntib⁹ pphetis: qb⁹ pphetice reuelata ẽ xp̃i ascẽsio q̃re fuerit sublimitas. nõ enim fuit trãslat⁹ hẽ enoch: nec subuect⁹ igneo curru hẽ helyas: nec rapt⁹ sicut paulus: si fuit assumpt⁹. i. a seipo sumpt⁹. qua quidẽ sublimitate ⁊ virtute ascẽsiõis viderũt pphete. Dauid in ps. dicẽs. Eleuata est magnificẽtia tua sup celos de⁹. Salomon Prou. xij. dicẽs. Qui sequr̃ iusticiã ⁊ miam inueniet vitã ⁊ gliã. Ciuitate fortiũ ascẽdit sapiẽs. Esayas. xix. dicẽs. Ascẽdit dñs sup nubẽ leuem. Baruch. iij. dicẽs. Quis ascẽdit i celũ ⁊ accepit sapiam ⁊ deduxit eã de nubibus: Qui scit vniuersa nouit eã: ⁊ inueniet eam pudẽtia sua. Midheas. ij. c. dicẽs. Ascẽdit pandẽs iter ante eos. Daniel. vij. dicẽ. Aspiciebã in visiõe noctis: ⁊ ecce cũ nubib⁹ celi q̃si filius hois veniebat: ⁊ vsq ad antiquum dierũ puenit: ⁊ in ꝓspectu ei⁹ obtulerũt eum ⁊ dedit ei prãtem ⁊ honorẽ ⁊ regnũ vt oẽs ppli trib⁹ ⁊ lingue seruirẽt ei. Ezechiel. i. dicẽ Vidi ⁊ ecce nubes magna ⁊ splẽdor in circuitu ei⁹ ⁊ de medio ei⁹ quasi spẽs electi. hec visio filiorũ dis glie dñi. Abacuch. iij. dicẽs. Sup excelsa deducet me victor in psalmis canentem.

Quarto iesus eleuatus ẽ

videntib⁹ aplis. Nã xp̃s vt ꝓfirmaret totum op⁹ hũane redẽptiõis anteq̃ ascẽderet venit ad discipulos suos ad cenaculũ vbi fec̃ q̃ruor. Primo comedit cũ eis. Marc. xvi. Recũbentib⁹ vndecim discipul⁹ apparuit illis iesus. Scdo eos increpauit. Jo dr̃. ⁊ exp⁹o brauit incredulitatẽ illor⁹ ⁊ duriciã cordis: qr his q̃ viderãt eũ resurrexisse nõ credidernt. Tertio ꝓcepit eis ne discederẽt inde. Act. i. Cõuescẽs ꝓcepit eis ab hiereso lymis ne discederẽt: si expectarẽt ꝓmissionem p̃is. Quarto precepit eis q̃ post spũscm missum p̃dicarẽt. Marc. xv. ⁊ dixit eis. Eũtes in mũdũ vniũsum p̃dicate euãgeliũ oi creature ⁊c. Quib⁹ pactis cũ honorabili comitiua. cxx. hoim iuit versus montẽ oliueti vbi fec̃ etiã q̃ruor. Prio rephẽdit curiosos Act. i. Jgit q̃ quenerãt inter rogabãt eũ dicentes. Dñe si in tpe hoc restitues regnum

isr̃l ⁊c. Scdo promisit eis spũscm dicẽs. Accipietis virtutẽ spũscti supuenientis i vos ⁊ eritis mihi testes ⁊c. Tertio bñdixit eis donãs eis suã pacẽ: p quã bñdictiõem fuerunt cõfirmati discipuli in magno roboze. Quarto appuit nubes mire claritatis sub pretib⁹ xp̃i ascẽdẽtis. nõ q̃ nubes illa ꝓuerit admiculũ xp̃o ascẽdẽti p modũ vehiculi: si appuit in signũ dignitat⁹ ẽm q̃ gl̃ia dei isr̃l appebat sup tabernaculũ in nube. tũc videntib⁹ aplis nubes suscepit eũ ab oculis eor.

Quinto iesus eleuatus ẽ

videntib⁹ instis. q̃uis eñ pñtia corporalis xp̃i fuerit subtracta fidelib⁹ p ascensionem pñtia tñ dignitat⁹ ipsi⁹ semp adest fidelibus ẽm q̃ ipe dicit Matth. vlti. Ecce ego vobiscũ sum vsq̃ ad cõsummationẽ seculi. Qui eñ ascẽdit in celos nõ deseruit adoptatos vt leo papa dicit. Cõueniẽs eñ ⁊ vtilis fuit instis xp̃i ascẽsio. Primo quidẽ ppt̃ fidei augmẽtũ q est de nõ visis. vñ ipe dñs dicit Jo. xiij. q̃ spũscũs aduenies arguet mũdũ de iustitia. i. eor q credũt. vt aug⁹ dicit sup Jo. Jpa ꝓpt̃ fideliũ cõpatio: infideliũ ẽ vituperatio. vñ subdit. qr ad p̃rem vado. ⁊ iã nõ videbitis me. Bñ eñ q nõ vidẽt ⁊ credũt. erit ita q̃ vra iusticia de q̃ mũd⁹ arguit: qm̃ in me qui nõ videt credit. Scdo ad spũ subleuationẽ. Vñ ipe dicit Job. xiij. Si abiero ⁊ ꝓparauero vob locũ: iterũ veniã ⁊ accipiam vos ad meipm: vt vbi ego sum ⁊ vos sitis. Per hoc eñ q̃ xp̃s hũanã naturã assumpsit in celo collocauit dedit nob spem illuc ꝓueniẽdi. qr vbi fuerit corp⁹: illic ꝓgregabũtur ⁊ aq̃le. vt dr̃ Matth. xxiij. Tertio ad crescendũ charitat⁹ affectũ in celestia. vñ dicit ap⁹s Col. iij. Que sursum sunt sapite: non q̃ sup terrã. vt eñ dr̃ Matth. vi. Ubi ẽ thesaur⁹ tu⁹ ibi ẽ ⁊ cor tuũ. Et qr spũscts est amor nos in celestia rapiẽs: ió dñs dicit discipulis Jo. xvi. Expedit vob vt ego vadam Si eñ nõ abiero paclyt⁹ nõ veniet ad vos Si aũt abiero: mittã eũ ad vos. Vñ exponẽs Aug⁹. sup Job. dicit. Nõ potestis capere spũ q̃diu sim carnẽ nosse perfstitis xp̃m. Xp̃o ãt discedẽte corpalr nõ solũ spũscts sed etiã p̃r et fili⁹ illis affuit spualr. Quarto vt in celor̃ sede q̃si deus ⁊ dñs ꝓstituat⁹ exinde dona dona boib⁹ mitteret. ẽm illud Ephe. iij. Ascendit super omnes celos vt adimpleret omnia. scz donis suis. vt glo. dicit ⁊c.

Sexto iesus eleuatus est

videntib⁹ pctoribus. nã i nudo erat q̃druplex defect⁹. Prim⁹ hitatoris glie. Jo dr̃ Beñ. i. In pncipio creauit de⁹ celũ ⁊ terrã. i. terras dedit hoi: celũ reseruauit sibi. Xp̃s g ascẽdit vt celestẽ ianuã pctoribus aperiret. ⁊ sic abstulit defectũ hitatoris glie. Heb. ix. Per ꝓpriũ sanguinẽ introiuit semel in scta eterna redẽptõe inuẽta. Scdo erat ignoratie. qr hõ nõ cognoscebat deum. Jo dr̃ Beñ. i. Tenebre erat sup faciẽ abyssi. Xp̃us g ascẽdit vt hõ deũ cognosceret. dũ eũ iã nõ existimam⁹ fiẽ hoiem terrenũ: si fiẽ deũ celestẽ. Sic aplus dicẽ. ij. Cor. v. Et si cognouim⁹ ẽm carnem xp̃m. i. mortalẽ p qd̃ putauim⁹ eũ tñ hoiez vt glo. exponit. si nũc iã nõ nouim⁹. Tertio erat gr̃e ⁊ mie. Jo dr̃ Beñ. i. Terra aũ erat inanis ⁊ vacua. i. gr̃a ⁊ mia. ps. Dñe in celo mia tua. Xp̃s g ascẽdit ad interpellãdũ p pctoribus. Sic pontifex in veteri testo intrabat sanctuariũ vt assisteret deo pro pplo. ij. Jo. ij. Aduocatũ hẽm⁹ apud p̃rem iesũ xp̃m iustũ: ⁊ ipe ẽ ꝓpiciatio p pctis nr̃is. Jpa ei repñtatio sui ex nã hũana quã in celo intulit ẽ q̃dã interpellatio p nob: vt exq̃ de hũana naturã sic exaltauit in xp̃o: ita etiã eorũ misereat⁹ p q̃b⁹ fili⁹ dei hũanã nãm assũpsit. Heb. ix. Introiuit in ipz celũ vt appearet vultui dei p nob. Quart⁹ erat defect⁹ pseuerãtie q: hoies erãt fragiles ad pseuerãtiã boni: ⁊ tolerãtiã mali. Xp̃s g ascẽdit vt p missio nẽ spũscti corda debilia roboraret. ps. Rbo dñi celi firmati sr̃ ⁊ spũ oris eius oẽs virtutes eor.

Septimo iesus eleuatus

est videtib⁹ purgat⁹. Nã q: ipe ẽ caput nr̃m oz illuc secũ mẽbra quo caput pcessit. vñ dr̃ Jo. xiij. Ut vbi ego sum ⁊ vos sitis. Jn cuius signũ alias scrozus q̃s de inferno eduxerat in celũ traduxit. ẽm illud ps. Ascẽdens in altũ captiuã duxit captiuitatez q: eos q̃ fuerãt captiuati a dyabolo secũ duxit in celũ q̃si in locũ peginũ hũane nature. bona captiõe captiuos. vtpote per victoriã acq̃sitos. Sicr alias eor̃ qui in purgatorio detinebant ⁊ pfecerãt suã purgationẽ inde abstraxit ⁊ in celũ secũ deduxit. ió xp̃s dicit illo Beñ. xxxij. Ecce cũ duabus turmis regredior. ⁊ Col. iij. Expoliãs pncipat⁹ ⁊ potestates scz infernales. auferẽdo ysaac ⁊ iacob ⁊ ceteros iustos. traduxit eos. i. lõge ab hoc regno tenebrarũ ad celum deduxit. vt glo. ibi dẽ exponit. ⁊ Aug⁹. in epla ad Euodiũ dicit. Xp̃m venisse apud inferos ⁊ in eor dolorib⁹ ꝓstitutꝫ ẽ bñficiũ liberatiõis ꝓstitisse ñ

dubito, Ubi Aug. non vult q̄ oēs illi q̄ in purgatorio erāt fuerint a purgatorio liberati: ſ̄ q̄ aliq̄b⁹ eoꝝ fuerit hoc bñficiū collatū. ſ. illis q̄ iā ſufficiēter purgati erāt: vel ēt q̄ dū adhuc viuerēt meruerāt p fidē ⁊ dilectionē ⁊ deuotionē ad mortē xpi vt eo descendente ad ipos liberarent a tpali pena purgatorij. X̄ps ergo associat⁹ p̄ ſctos patres ⁊ p purgatos audiēs patrē dicentem illud Gen. xxvij. Reuertere in terrā natiuitatis tue. rndit illud Cant. viij. Ascendā in palmā ⁊ appbendā fructū ei⁹. Uñ hodie vidētib⁹ illis eleuat⁹ est ⁊ illi simul cū angel⁹ parit eleuati sunt. ſ. nō ad equalē gl̄iam cū xpo q̄ ſedet ad dexterā p̄is inq̄ntū eterna liter manet incorruptibilis ſm̄ humanā naturā in excellētiori possessiōe diuinoꝝ bonorū p̄ ceteris creaturis, Uñ Heb. i. dr. Ad quē aliq̄n dixit angelorum. Sede a dextris meis. i. in potioribus bonis meis. vl̄ mihi ſm̄ diuinitatē equalis, q̄ſi dicat. ad nullū. Cui ēt data est iudiciaria ptās. Uñ Aug. in ſmone symbolo. Jpam dexterā intelligite potestatē quā accepit ille hō ſuscepto deo vt veniat iudicatur⁹ qui p̄i⁹ venerat iudicandus: q̄ etiā resuscitabit nos ⁊ p fidere faciet in celestibus. Quod nobis prestare dignet⁹ ihesus xp̄s dom̄in⁹ noſter. Amen.

Jn festo penthecostes. Sermo. xxxiij.

Spiritusctus docebit vos oīa. Joh. xvi. ⁊ in euangelio p̄ntis solennitatis. Beatus Ber̄n. in ſmone huius diei dicit ſic. Spūs paclyt⁹ dat pign⁹ saluris: robur vite: ſcīe lumen. Pign⁹ saluris vt ipſe spūs reddat testimoniū spūi nr̄o q̄ filij dei sum⁹. Robur vite vt q̄d̄ p̄ naturā est nob̄ impossibile: per gr̄am ei⁹ nō ſolū possibile: ſ̄ etiā facile fiat. Lumē ſcie vt q̄cq̄d boni in nob̄ inuenim⁹: illi retribuam⁹ a quo oē bonus est. In trib⁹ istis: spūsctus docebit nos oīa q̄ ptinēt ad saluteē. hec ille. Sup quo ꝟbo moueo talez qōnem. Utrū dona spūsctī sint tante ꝟtutis q̄ ſine ipis homī nulla ſit spes saluris? Ad istā qōnem rndent duo doctores nostri testi. Prim⁹ est btūs Amb. lib. de spūsctō dicēs ſic. Ciuitas dei illa bierlm celestis nō meatu alicui⁹ fluuij terrestris alluit: ſ̄ ex vite fonte ꝓcedēs spūsctūs cui⁹ nos breuit sariamur hausru: illis celestibus spiritib⁹ redundanti⁹ videt affluere: pleno ſepē virtutū spiritualiū feruens meatu. hec ille. Secūdus est scūs Tho. ꝑma ſcōe. q. lxviij. ar. ij. in rn̄ſōe dicēs ſic. Dona spūsctī sunt q̄dā bona pfectiones q̄bus bō disponit ad hoc q̄ bñ sequat instinctū diuinū. Uñ in his in q̄bus nō sufficit instinct⁹ rōnis est necessariū spūsctī instinct⁹. ⁊ sic est necessariū donū. ficut dicit Esa. xl. Dñs aputt mihi aurem ego aūt nō ꝓtradico: retrorsum nō abij. Et pbs dicit in lib. de bona fortuna q̄ his qui mouent⁹ instinctū diuinū: nō expedit ꝓ ſe liari ſm̄ rōnem humanā: ſ̄ q̄ sequant⁹ intellectū instinctū. Quia mouent⁹ a meliori ꝑncipio q̄ ſit rō humana. Sz inter dona spūs tussancti summū videt esse sapia. Jnfimū aūt timor. vtrū q̄z aūt hoꝝ est necessariū ad saluteē. quia de sapientia dicit Sap. vij. Neminem diligit deus nisi qui cum sapientia inhabitat. Et de timore dicitur Eccl. i. Qui ſine timore ē nō poterit iustificari. Et Roma. viij. dicitur. Qui spiritu dei agunt⁹ hi filij dei sūt. q̄ ſi filij ⁊ heredes ⁊c. Et in ps. dicitur. Spiritus tuus bon⁹ deducet me in terrā rectā. Quia scz in hereditatē illi⁹ terre beatoꝝ nullus potest peruenire nisi moueatur ⁊ deducat⁹ a spūsctō. ⁊ iō ad illū finē ꝓsequendū necessariū est hoi bñe donū spiritussancti. Uñ Greg. dicit in. ij. lib. moral. q̄ spūsctūs dat sapiam ꝺ stulticiā. intellectuz ꝺra hebetudinē. ꝺ ſilliū ꝺra precipitatōez. fortitudinē ꝺra timorē. sciam ꝺra ignorātiā. picratē ꝺra duriciē. timorē ꝺra superbiaz. Jdis donis spiritussanctus nos tutos ab hmōi defectib⁹ reddit. hec Tho. Propt⁹ eq̄ dicit ꝟba ꝓpōsita. Spūsctūs docet. ⁊c.

Spiritussanctus docebit vos

Angelos.
Celos.
Elementa.
Jnsen sibilia.
Bruta.
Patriarchas.
Prophetas.
Apostolos.
Electos.
Beatos.
Contemplatiuos.
Actiuos.
Mechanicos.
Peccatores.
Penitentes.

Primo spiritussanctus docebit vos angelos: omnia ad vos pertinentia: que quidē sunt quattuor. Primo dignitas creatōis. Illud em̄ q̄ō ꝓcipue de⁹ intēdit in reb⁹ creatis est bonū q̄ō ꝓfistit in assimilatiōe ad deū. Perfecta aūt assimilatio effect⁹ ad cām attendit q̄n effect⁹ imitatur cām. ſm̄ illud p q̄ō cā ꝓducit effectū. ſicut calidū facit calidū. De⁹ aūt ꝓducit creaturā p intellectū ⁊ volūtatē. vñ ad pfectionē vniuersi requirit⁹ q̄ sint aliq̄ creature intellectuales ⁊ spūales. ſm̄ illud p̄s. Qui facit angelos suos spūs. Et dyonisi⁹. iiij. c. de diuinis noib⁹ dicit. q̄ prime creature ſic incorporales: ita ⁊ imateriales intelliguntur Et q̄ ymago dei est in ipa natura angeli impressa: iō p essentiā suā angelus deū cognoscit. Principia aūt creatiōis angelorū fuit spūsctūs. ſm̄ illud p̄s. Emitte spūm tuum ⁊ creabuntur. Scdo sublimitas cognitionis Nam angeli mysteria gr̄e a ꝑncipio cognouerunt: q̄ inter oīa mysteria gratie excellētius est mysteriū incarnationis xp̄i. ⁊ hoc quidez angeli cognouerūt a ꝑncipio. Dicit em̄ Aug. v. sup Gen. ad lr̄am. Q̄ ſic fuit h̄ mysteriū absconditū a seculis in deo vt rn̄ innotesceret ꝑncipatib⁹ ⁊ ptātib⁹ in celestibus. Et. i. Thimo. iij. dr. Magnū est pietatis sacm̄ q̄ manifestū est in carne: iustificatū est in spū: appuit angelis, Et hoc quidem in principio siue creatiōis cognouerūt angeli in generali per reuelationez spūsctī. ſm̄ illō. i. Cor. ij. Que sunt dei nemo nouit nisi spūs dei. nobis aūt reuelauit p spūsctm̄ suū. Tertio gr̄a ꝓfirmatiōis. Nā angeli habuerūt gr̄am ⁊ charitatē ante q̄ essent beati: p que beatitudinē meruerūt. vñ ꝓuersione naturali nō meruerūt beatitudinē: ſ̄ cōuersione charitatis que est p̄r gr̄am. Dicit em̄ Aug. xij. de ciui. dei. Bonā volūtatē ds fecit in angelis nisi ille q̄ eos cū sua voluntate. i. cum amore casto quo illi adherent ſimul in eis cōdens naturā ⁊ largiēs gr̄am Hanc aūt gr̄am ⁊ charitatē semiauit in eis spūsctūs. Quarto firmitas dilectiōis. Nā inq̄ntū angeli cognouerūt deū beatificantē eos supnaturali beatitudīe: sic dilexerūt eū dilectiōe charitat⁹. Sic em̄ virtuosus ciuis se exponit mortis piculo p totī⁹ rcipublice ꝺseruatiōe. Sic angeli ciuitatē celestē defenderunt ab inimīc. ſm̄ illud Apoc. xij. Factū est prelīū magnū in celo: michael ⁊ angeli eius prelīabantur cū draconе ⁊c. Et vt dicit Aug. xiij. de ciuitate dei. Ciuitatē celestē fecit amor dei vſq̄ ad contemptū sui. Hec

omnia spiritussanctus docuit angelos.

Secūdo spūsctus docebit vos celos: quattuor que in vobis sūt. Primo q̄ ipe spūsctūs fuit ꝑncipiū vestre creatiōis. Nā bonitas dei est rō volendi q̄ alia sint. cū per suā voluntatē res in esse p̄duxerit. amor igit quo suā bonitatē amat ē causa creatiōis rerū. vñ ⁊ q̄dā philosophi antiqui amorē deoꝝ cām oim rerū esse posuerunt. vt ps. i. methaph. Et Dyonisi⁹ dicit iiij. c. de diuinis noib⁹. Q̄z diuin⁹ amor non ꝓmisit ipm̄ sine germine esse. Sz spūsctūs ꝓcedit p modū amoris quo de⁹ amat seipz Jdeo spūsctūs est ꝑncipiū creatiōis rerum ⁊ ita etiā celoꝝ. ſm̄ illud p̄s. Qui fecit celū ⁊ terrā mare ⁊ oīa q̄ in eis sunt. Scdo q̄ ipe spūsctūs fuit ꝑncipiū vite formatiōis. Nā vt dicit Dyonisi⁹. iiij. c. de dinis noib⁹. Sicut sol radios suos emittit ad corpa illuminationē: ita diuina bonitas radios suos. i. ꝓticipatiōes sui diffundit ad rerū creationē. Jdeo Aug. dicit q̄ inquantū deus bon⁹ est: sum⁹. Ornat⁹ aūt rerū ꝓuenit ad dispositionē earū. q̄ eas varia pulcritudine decorauit. vñ dr Eccl. xlij. Magnalia sapientie sue decorauit. Et Boet⁹ dicit. Mūdū mente gerens pulchrū: pulcherrim⁹ ipe. Dic aūt ornatus a spūsctō fuit. Job. xxvi. Spūs dñi ornauit celos. Recte em̄ spūs celos ornasse dr: q̄ tribuit eis stabilitatem Pro. viij. Stabilinit celos prudentia. Et etiā tribuit eis indeficientē claritatē. Eccl. xliij. Ego feci in celis vt oriret lumē indeficiens. Tertio q̄ ipe spūsctūs fuit ꝑncipiū vite illuminatiōis. Nā lux est ornamentū celoꝝ: cū sit qualitas primi corpis. ſ. celi in qua cōsistāt inferiora corpa cū supiorib⁹. Jdeo dr Gen. i. Uidit de⁹ lucē q̄ ēet bona. Spūsctūs vt efficeret homīes celestes: hodie visibiliter apparuit in specie lucis. Joh. iij. Lux venit in mūdū. Quarto q̄ ipe spūsctūs fuit ꝑncipiū vite distinctiōis. Nā celū a philosophis distinguit⁹ in q̄ttuor plagas scz orientalē: occidētalē: meridionalē: aq̄lonarē. hodie aūt spūsctūs veniēs a celo ab his q̄ttuor plagis venit. Uñ dicitur Ezech. xxxvij. A quattuor ventis veni spūs ⁊ insuffla sup interfectos istos vt reuiuiscant. Nā a plaga orientali hodie venit spūsctūs vbi est fons lumis. Quia datur se exercentibus in diuinoꝝ cognitiōe. A plaga meridionali etiā venit vbi est ardor luminis. q̄z

datur se erigentib⁹ in supnoꝛū dilectiõe. A plaga aq̃lonari venit: qꝛ dat se affligentib⁹ in pcõrum cõfessione. A plaga occidẽtali venit. qꝛ datur se gerẽtib⁹ in bonoꝛ satisfactione. Etiam luminaria celi sunt creata vt sint in signa: tpa dies ⁊ annos. sic spũs sanctus visibilr missus est quinquagesimo die a pascha. Et hoc rõnabiliter: qꝛ a spũsco est legis pfectio. quẽ admodũ lex ver⁹data est in monte syna. Sic lex noua a spiritu scõ in monte syon. ⁊ sicut lex ver⁹data est in sublimi montis loco: sic lex noua data est a spiritu scõ in cenaculo. Etiã quantũ ad tpus hore spũs sanctus visibilr appuit hora tertiaruꝫ. qꝛ est tertia in trinitate psona. Et quia post tempus legis nature ⁊ legis scripture in tertio tempore. s. legis gratie debuit apparere. ideo dicit. Dũ hora cunctis tertia ꝛc.

Tertio spũs sanctus docebit

qui interpretātur ardentes. de quibus dicit Greg. in omelia de distinctione nonē ordinum sic. Seraphin ardētes vel incēdentes vocantur: que quia ita deo conuncta sunt: vt inter hec ⁊ deū nulli alij spiritus interfint ⁊ tanto magis ardent quanto hunc vicinius ⁊ tanto magis ardent quanto hunc vicinius vident. hec ille. Ab isto ordine cecidit lucifer. Unde magister sententiaruꝝ lib. ij. dist. vi. ca. i. dicit sic. De maioribus quidē corruerunt: inter quos vnus fuit lucifer: omnibus alijs cadentibus excellentior. nec inter stantes aliqs eo fuit dignior. sicut testimonijs auctoritatum monstratur. Unde Esaias. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris ⁊c. Qui non vn⁹ ordo sed vn⁹ spūs accipiend⁹ est. Qui teste Jsido. postq̄ creatus est. eminentiaꝫ nature: profunditate cordis scientie sue perpendens in suum creatorem superbiuit: inrantū qꝫ se deo equare voluit. Unde in Esa. dicit. Jn celum conscendam. i. ad dei equalitatem. super astra celi. i. super oīes angelos. exaltabo solium meū ⁊ ero similis altissimo. Similis quidem deo esse voluit: non per imitationem iusticie: sed per equalitatem potentie. hec magister. Jn locum luciferi successit ordo patriarcharuꝝ. de quibus Greg. vbi supra. dicit sic. Sunt nōnulli qui superne contemplationis amore accensi in solo cōditoris sui desiderio anhelant. nil iam in hoc mundo accipiunt. solo eternitatis amore pascunt. terrena quoq; abijciunt: cuncta temporalia mente transcendunt: amant ⁊ ardent: atq; in ipo suo amore requiescunt: tamādo ardent: ⁊ quos ꝺbo tangunt ardere protinus in dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphin dixerim. Quoꝝ cor p⁹ in igne conversum lucet ⁊ vrit hec ille. Tali nempe charitate accensi erant patriarche. Unde Aug. li. de laudib⁹ charitatis: dicit sic. Jn charitate pauper est diues Sine charitate oīis diues est pauper. Nec in aduersitatibus toleratꝫ in prosperitatib⁹ temperat. in duris passionibus fortis est. in bonis operib⁹ hylaris est. in temporalibus ditissima. inter bonos fratres letissima. inter falsos patientissima. in abel per sacrificium leta. Jn noe per diluuiū secura. in abrahe primarōe fidelissima. in ysaac imolatōe obedientissima. in iacob persecutōne mitissima in ioseph venditione patientissima. hec ille. Conabatur aut lucifer extinguere hanc charitatem in patriarchis accendendo mentis cupiditatē. vt patet de cayn: esau: ⁊ de pastoribus abrahe ⁊ loth. vt dicitur Gene. xiij. Propterea dicit. i. Thimo. vlti. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptationem ⁊ in laqueum diaboli: ⁊ in desideria multa que mergunt hoīem in interitū ⁊ perditionem. Ut aute possent se defendere a laqueis lucifer habuerūt vnā societ scz dominā innocentiam. de qua dicit pō. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Et iterum. Perambulabam in innocentia cordis mei in medio dom⁹ mee. Propter hanc dixit abrahā ad loth. Ne queso sit iurgium inter me ⁊ te. fratres em sumus. Gen. xiij. Et de Jacob dicit Gen. xxv. Porro iacob erat vir simplex: ⁊ habitabat in tabernaculis ⁊c. Jnduebantur aute vestimentis aureis dilectōnis dei ⁊ proximi. iuxta illud Job xl. Circunda tibi decorem in sublime erigere esto glorios⁹: ⁊ speciosis induere vestimentis. Cum his vestimentis ascendunt patriarche ad domum dom̄i: per portam que respicit ad meridiem. iuxta illud Apoc. xxi. A meridie porte tres. per primā portam intrant patriarche. Nam sol in medio ardet. Et qꝫ patriarche ardebant charitate. iuxta illud Matth. xij. Ignē veni mittere in terrā: ⁊ quid volo nisi vt ardeat? Ideo intrauerūt regnū celoꝝ per hanc portā. Venientes autem ad pedes sanctissime trinitatis cantauerunt illud pō. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: ⁊ metuant eum oīes fines terre. Quos gratissime acceptauit ⁊ coronauit eos corona diuitiarum celestium q̄ est apud ipam. iuxta illud Prouer. viij. Mecum sunt diuitie ⁊ gloria. de hac corona dicitur Prouer. xiij. Corona sapientū diuitie. Sic aute coronatos deputauit oratorio in quo stant seraphin laudantes deū continue. Juxta illud Esa. vi. Vidi dominū sedentem super solium excelsum ⁊ elevatū ⁊ plena erat domus a maiestate eius: ⁊ ea que sub ipso erant implebant templū. Seraphin habant super illud: sex ale vni: ⁊ sex ale alteri. ⁊ clamabāt alter ad alterū. Sanctus sanctus sanctus: dns deus exercituū: plena est oīis terra gloria ei⁹. Jn eo de oratorio stant patriarche: cantātes illud pō. Beati qui habitant in domo tua dne: in secula seculoꝝ laudabunt te. Habuerunt aute istā mansionē per feuduꝝ obseruantes fidelitatem ⁊ obedientiam deo. vt declarat Paul⁹ Heb. xi. Tunc domina paupertas assecurauit eos de sua gloria dicens. Beati pauperes spiritu: quoniā ipsoꝝ est regnum celorū Super quo Aug. lib. de verbis dñi dicit sic Hij sunt pauperes spiritu: qui quando faciunt aliquid boni deū laudant. Et Hugo libro de claustro aie dicit sic. Pauperes spiritu sunt: qui licet affluant diuitijs: corda tñ nolunt apponere. Et sic p⁹ pmus.

Secundus ordo est cherubin

qui interpretant plenitudo scientie. De quibus dicit Greg. in omel. vbi supra. Superiora illa agmina. ideo cherubin vocata sunt. Quia tanto perfectioꝝ scientia plena sunt quanto claritatem dei vicinius contemplantur: vt ꝺm creature motum: eo plene omnia sciant. quo visioni conditoris super meritū dignitatis appropinquant. Ab isto ordine cecidit sathan. de quo dicit Luce. x. Videbam sathan quasi fulgur de celo cadentem. Et assimilatur fulguri propter luminositatem. quia in eo vigebat lumen intellectus: quod est obscuratum in casu eius Jn locum sathan successit ordo prophetarum: propter lumen diuinarum reuelationum eis factarum. Unde Gregorius in omelia vbi supra dicit sic. Quia vero cherubin plenitudo scientie dicitur. ⁊ paulo docēte didicim⁹. qꝫ plenitudo legis ē dilectio ⁊ charitas. Omnes qui dei ac proximi charitate ceteris amplius pleni sunt: meritorum suoꝝ sortem: inter cherubin numeros perceperunt. hec ille. Hij autem fuerunt prophete qui dicit illud. i. Corint⁹. ij. Nobis autem reuelauit deus per spiritum sanctum suum. Que enim sunt dei nemo nouit nisi spiritus dei. Et. ij. Pet. i. Non em voluntate hūana allata est aliqn̄ pphetia.

Sed spūscō inspirati locuti sunt sancti dei homies. Conabaf autē sathan retringuere hanc sapientiā in ppheris peruertendo lo-cutōis spīatē ꝛ hec est temptatio fraudulē tie. Act.v. Anania cur temptauit sathanas cor tuū mētiri te spūscō. Jō sathan dicit illud.ij. Reg.xxij. Ero spūs mendax in ore oīm ppheraū ꝛc. Ut aūt possent se defen-dere a laqueis sathan habuerūt vnā sociaz scz dñam prudentiā de qua Prouer.ix.dr. Relinquite infantiā ꝛ viuite ꝛ ambulate p viam prudētie.quib⁹ ipa dicit illud Eccli.ij. Qui timetis dñm diligite illum ꝛ illumina buntur corda vestra. Jnduebatur aūt vesti mentis lucidissimis sapientie. Roma.xiij. Jnduamur arma lucis sicut in die honeste ombulem⁹. Et ps. Decoreꝫ induisti amict⁹ lumine sicut vestimēto. Cū his vestimētis ascendūt ppbere ad domū dñi p scalaz portā que est ad meridiē. qm̄ sol in meridie matime lucet. Et qz ppbere lucebāt lumine sapiētie. Phil.ij. Jnter quos lucetis sicut lu minaria in mūdo:verbuz vite cōtinētes ad gloz in die xpi. iō intrauerūt regnuz celoz p hanc portā. Uenientes autē ad pedes san ctissime trinitatis cantauerūt illud ps. De⁹ misereat nostri ꝛ bñdicat nobis: illuminet vultū suū sup nos ꝛ misereat nostri. Quos gratissime acceptauit:ꝛ coronauit eos coro na preciosa. de q̄ dr Eccli.xxv. Corona senū multa peritia ꝛ gloria illoruꝫ timor dei. Sic autē coronatos deputauit cancellarie. Sūt eñ ran̄ cancellarij curie celestis.ps. Lin gua mea calam⁹ scribe velociter scribentis. cantātes illud ps. Beat⁹ bō quē tu erudie-ris dñe ꝛ de lege tua docueris eū. Habuefr aūt ista mansionē p edificationē.i. Cor.iij. Superedificat sup fundamentū hoc:aurum: argentū:lapides pciosos. Tunc dña man-sucra assecurauit ppbetas de sua gloria di-cens. Beati mites qm̄ ipi possidebūt terraz de qua Aug̃l li.ij.de doctrina xpiana: dicit sic. Miteſcere est nō cōtradicere diuine scri pture siue intelligere si aliq̄ vicia nostra per curit siue nō intelligere:quasi nos melius ꝛ breui⁹ sapere ꝛ percipere possem⁹. hec ille. ꝛ sic patet secundus.

Certius ordo est throno-

rum in quib⁹ sedet de⁹ ad iudiciū exequen-dum. Unde Greg. in omelia vbi supra dic sic. Throni quoq̄ illa agmina sunt vocata. quib⁹ ad exercendum iudiciū seipm oīnipo-tens deus presidet. Ab isto ordine cecidit belial qui interpretat absq̄ iugo vel absq̄ domino de quo dicit.ij. Cor.vi. Que con-uentio xpi ad belial.q̄si dicat nulla, quoniā omne iudiciū dedit pater filio. Joh.vi. Sed tale iudiciuz fugit belial:quia est p̄uatio sui principatus. Jn locum belial successit ordo apostoloꝝ.de quib⁹ dicit Matth.xix. Cum sederit filius homis in sede maiestatis sue sedebitis ꝛ vos sup sedes duodecim iudica tes duodecim tribus israel. Unde Greg. in omelia vbi supra dicit sic. Sunt nonnulli q̄ dum sibimetipis vigilanti cura dominant. dum se sollicita intentione discutiūt diuino timori semp inherent hoc in munere virtuꝫ accipiūt vt iudicare recte alios possint:quo-rum profecto mentib⁹ dū diuina cōtempla tio presto est.in his velut in throno suo do minus presidens:aliorum facta examinat: ꝛ cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni conditoris sunt? hec ille ꝛc. Conabaf autē belyal extingue re rectitudinē iudicij in apostolis:extingue-do fidei claritatē.quoniaz vt dicit.i. Pet.ij. Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo ru giens circuit querens quē deuoret: cui resi stite fortes in fide. Et Apoc.i. Esto fidelis vsq̄ ad mortē. Contra illam temptationez sollicitus erat paulus.i. Thessal.iij dicens. Misit ad cognoscendam fidem vestram ne forte temptauerit vos is qui temptat: ꝛ in anis fiat labor vester ꝛc. Ut aūt possent se defendere a laqueis belial habuerunt vnaz soclam s. dominā veritatem:dicentes illud Prouer.viij. Ueritatem meditabif guttur meū ꝛ labia mea detestabunt impiū. Indu-ebant aūt vestimētis iusticie.iuxta illō Job xxix. Justicia idut⁹ sū ꝛ vestiuit me sic vesti mētū:ꝛ diademate iudicio meo.et Esa.lxi. Induit me dñs vestimēto salutis ꝛ indumē to iusticie circundedit me. Cum his vestimē tis ascendunt apostoli ad domum dñi per tertiam portam ad meridiem. Nam sol in meridie est in medio celi. ꝛ apostoli fuerunt in ecclesia dei sicut sol in medio celi. Matth. v. Uos estis lux mundi ꝛc. Uenientes au tem ad pedes sanctissime trinitatis canta uerunt illud Apoc.vij. Salus deo nostro q̄ sedet super thronū ꝛ agno. quos gratissime acceptauit ꝛ coronauit eos corona aurea. de qua dicit Prouerb.xvi. Corona dignita tis senectus que in vijs iusticie reperitur. Sic autem coronatos deputauit cōsistorio

vbi cause audiunt ꝛ sententie diffiniuntur. Sap.iij. Fulgebunt iusti ꝛ tanq̄ scintille in arundineto discurrēt. Judicabunt natiōes ꝛ dominabunt populis. Habuerunt autez istam mansionem per emptionem. Matth. xix. Ecce nos reliquim⁹ oīa ꝛ secuti sum⁹ te.quid ergo erit nobis? Jesus aūt dixit. Cē mplum accipietis ꝛ vitā eternam possidebi tis. Tunc apostoli cantauerūt illud ps. Be ati qui custodiunt iudicium ꝛ faciunt iusticī am in oī tempore. Statimq̄ domina libe ralis assecurauit eos de sua gloria:dicens, Beati qui esuriūt ꝛ sitiunt iusticiā:quoniaz ipsi saturabunt. Super quo Richardus li bro de contemplatioe dicit sic. Justicia per fecta inbet inimicos diligere:parentes ꝛ p pria queq̄ relinquere.illata mala patienter ferre.oblatam gloriā vbiq̄ declinare.hec il le. Sed hec oīa obseruauerunt apostoli. ꝛ sic patet tertius ꝛc.

Quartus ordo est domi-

nationum. de quib⁹ Greg. in omelia vbi su pra dicit. Ea angelorum agmina que potius preeminent pro eo q̄ eis cetera ad obediē dum subiecta sunt:dominationes vocantur. Ab isto ordine cecidit beemoth: qui interp retatur bestia.de quo dicit Job.xl. Beemoth cenum quasi bos comedet:ipse est p̄ncipiū viarum dei ꝛc. Jn locum beemoth successit ordo martyruꝫ. de quib⁹ dicit Heb.xi. San cti per fidē vicerūt regna:operati sunt iusti-tiam:adepti sunt repromissiones. Un Gre gorius in omelia vbi sup dicit sic. Sunt nō nulli qui sic in semetipis cunctis vitijs oīi bus desiderijs dominant vt ipo iure mun dicie dij inter homies vocentur. Quid ergo isti nisi intra numerū dñationū currūt. hec ille. Habuerunt autē hanc mundicia p mar tyrium.iuxta illud Apoc.vij. Lauerunt sto las suas ꝛ dealbauerūt eas in sanguie agni Conabaf aūt beemoth extinguere in mar tyribus operis dei assiduitatem per incon stantiam ꝛ apostasiam a religione xpi per culturam ydoloruꝫ. Juxta illud Eccli.ij. Fi li accedens ad seruitutem dei sta in iusticia scz religionis xpi ꝛ timore ꝛ ppara aiam tuam ad temptationē scz tyrannoruꝫ indu centium ad ydolatriam. Ordo martyrum ran̄ constans ꝛ firmus in obseruantia re ligionis xpi.dicit illud Job.xxvij. Justifica tionem meam quā cepi tenere non deseraz nec enim reprehendit me cor meum in oī vita mea ꝛc. Ut autem possent se defende re a laqueis beemoth.habuerunt vnam so ciam.scz dominam patientiam. Juxta illud Jacobi.i. Beatus vir qui suffert temptatio nem. Quoniā cum probatus fuerit accipi et coronam vite. Et Augustin⁹ libro de pa tientia dicit sic. Uirtus animi que patiētia dicitur tam magnum dei donum est:vt etiā ipsius qui nobis eam largitur patiētia pre dicetur. Sancti martyres libenter pro xpo martyrium sustinebant:ꝛ cum multa patiē tia. Jnduebantur autem vestimentis ma gnanimitatis.de quibus dicitur Esa.lij. Cō surge cōsurge induere fortitudine tua syon: induere vestimentis glorie tue. Et Prouer bioꝝ vlti. Fortitudo ꝛ decor indumentum eius. Cum his vestimentis ascendunt mar tyres ad domum domini per primam por tam que respicit ad occidentem.quoniā tūc sol ruber. Et de martyribus dicitur. Quare rubrū est indumentū tuū ꝛ vestimenta tua sicut calcantium in torcular. Esa.lxiij. Ve nientes autem ad pedes sanctissime trinita tis cantauerunt illud Apocal.vij. Benedi ctio sapientia claritas ꝛ gratiarum actio: honor virtus ꝛ fortitudo deo nostro in se cula seculorum Amen. Quos gratissime acceptauit ꝛ coronauit eos corona de lapi de preciosso.iuxta illō ps. Posuisti i capite ei⁹ coronā de lapide pciosso. Sic aūt corona tos deputauit cenaculo. Unō Apoc.ij.dr. Uincēti dabo edere de ligno vite q̄ ē in pa radiso dei mei. Et Luce.xxij. dicitur. Edatis ꝛ bibatis super mensam meaz in regno meo.cantātes illud Eccli.xlviij. Beati sunt qui te audierunt:ꝛ in amicicia tua decorati sunt. Habuerunt autem istam mansionem per expugnationem ꝛ victoriam. Matth.x. Estote fortes in bello ꝛ pugnate cum anti quo serpente:ꝛ accipietis regnum eternum Cūc domina persecutāria assecurauit mar tyres de sua gloria dicens. Beati qui lugēt quoniam ipsi cōsolabunt. Super quo Ber nardus in sermone dicit sic. O vere glorio sa societas.o sanctum conuiuium.o de fide rabiles epule: vbi nimirum anxietas nulla nullum poterit esse fastidium quinimmo sa cietas summa ꝛ summum erit ibi desiderū hec ille, ꝛ sic patet quartus ꝛc.

Quintus ordo est princi

patuum. de quibus Gregorius in omelia vbi supra:dicit sic. Principatus quoq̄ vo-

tantur qui ipsis quoq; bonis angelorum spiritibus presunt qui subiectis alijs dum que eq; sint agenda disponunt eis ad explenda omnia ministeria principantur. Ab isto ordine cecidit beelzebub: qui interpretatur princeps muscarum, de quo dicitur Luce.xi. In beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Et Matth.x dicitur. Patrem familias beelzebub vocauerunt. In locum beelzebub successit ordo confessorum. scilz sacerdotum doctorum t predicatorum. De quibus dicitur Malachie.ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: t legem requirunt ex ore eius. quia angelus domini exercituum est. Unde Gregorius in omelia vbi supra: dicit sic. Sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam aliorum mores t merita transcedunt. Cuncq; t bonis meliores sint: electis quoq; fratribus principantur. Quid ergo isti sortem suam nisi inter principatuum numerum acceperunt: hec ille. Ideo dicitur Eccli.xlv. Finees filius eleazari placuit deo israel. Ideo statuit illi testamentum pacis: t principem sanctorum t gentis sue: vt sit illi t semini eius sacerdotij dignitas in eternum. Conabatur autez beelzebub extinguere intentionis finceritatem a sanctis confessoribus: t hec est temptatio vane glorie. Matth.vi. Attendite ne iusticiam vestram id est opus bonum faciatis coram hominibus. Ut autē possent se defendere a laqueis beelzebub: habuerunt vnam sociam scilz dominam obedientiam. Juxta illud Ace. v. Oportet obedire deo magis q̄ hominibus. Et.i. Regum.xv. Melior est enim obedientia q̄ victime. In principe requiritur vt obediat legi dei: aliter priuatur principatu, vt patet de Saule rege israel, qui priuatus fuit regno propter inobedientiam. Unde sequitur ibidem. Pro eo q̄ abiecisti sermonem domini abiecit te dominus ne sis rex. Super quo Gregorius lib.xxxv. moralium dicit sic, Obedientia sola virtus est q̄ menti virtutes ceteras inserit: inserta q; custodit. Melior est obedientia q̄ victime. Obedientia victimis preponitur: quia per victimas caro aliena: per obedientiam vero caro t voluntas propria mactatur. hec ille. Induebantur autem vestimentis temperātie refrenantis. Juxta illud Exod.xxix. Applicabis quoq; filios Aaron t indues tunicis lineis: cingesq; baltheo: imponesq; eis mitras. eruntq; sacerdotes mei religione perpetua. Hoc est indumentū album quod redit carnem mundam. Sm illud Apocal.iij. Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum vt locuples fias t vestimentis albis induaris: vt non appareat cōfusio nuditatis tue. Ista verba dicta fuerunt episcopo Laodicie. Cum his vestimentis ascendunt confessores ad domum domini per secundam portam que respicit ad occidentem. quoniā tunc sol humectat, sic confessores erant humidi per discretionem. Unde Bernar. super Cantica: dicit sic. Discretio omni virtuti ordinem ponit: modum tribuit: decorem t perpetuitatem confert. Est ergo discretio animi virtus quedam moderatrix virtutum ordinatrixq; affectuum: t doctrix morum. Tolle hanc t virtus vicium est, hec ille. Et Paulus dicit. Probate spūs si ex deo sunt. Uenientes autem ad pedes sanctissime trinitatis cantauerūt illud Eccli.xxxvi. Scōm benedictionem Aaron da populo tuo vt sciant omnes: quoniam tu es deus conspector seculorum. Quos gratissime acceptauit et coronauit eos corona aurea. de qua dicitur Eccli.xlv. Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis: gloria honoris: t opus fortitudinis. Sic autem coronatos deputauit viridario. Juxta illō Canti.vi. Ascēdi in ortum meum: vt viderem poma convallium t inspicerez si floruisset vinea t germinasset mala punica. Per ista poma significantur sacerdotes propter odorem sanctitatis. Juxta illud.ij. Corinth.ij. Christi bonus odor sum⁹. Per mala punica significātur predicatores verbi dei. vt habetur dist. xlij.ca. sit rector. cantantes illud Prouerb. xx. Beati qui ambulant in simplicitate sua. quoniam beatos post se filios derelinquēt. Habuerunt autem istam mansionem p dominationem. Sm illud Romā.viij. Cum illo omnia nobis donauit. Et Matth.xxiiij. Fidelis seruus t prudens quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Tūc domina cōtinentia assecurauit confessores de sua gloria: dicens. Beati qui persecutionem patiūtur propter iusticiam. quoniam ipsorum est regnum celorum. Super quo Gregorius libro.xxvi. moral. dicit sic. Sanctorum mētes eterne vitatis premia prestolantes: ex aduersitatibus vires sumunt. quia crescente pugna gloriosiorem sibi non ambigunt manere victoriam t coronam. Electorum enim desideria dum premuntur aduersitate proficiūt sicut ignis flatu premitur vt augmentetur t vnde quasi extingui cernitur inde roborātur. hec ille.

Sextus ordo est potestatum. de quibus Gregorius in omelia vbi supra: dicit sic.

Potestates vocantur hij qui hoc potentius in suo ordine perceperunt: vt eorum ditioni virtutes aduerse subiecte sint: quorum potestate refrenantur. ne corda hominum tantū temptare valeant quantū volunt. hec ille. Ab isto ordine cecidit beelphegor: qui est priapus simulacrum ignominie de quo dicitur Josue.xxij. Peccastis in beelphegor: t macula hui⁹ sceleris in vobis permanet. Et Osee.ix. dicitur. Ipi intraverunt ad beelphegor t abalienati sunt in cōfusione t facti sunt abominabiles sicut ea que dilexerunt. In locum beelphegor successit ordo sanctarum virginum. de quibus pā. Adducentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi in leticia t exultatione adducentur in templum regis. Unde Gregorius in omelia vbi supra dicit sic. Sunt nōnulli qui etiā de obsessis corporibus malignos spiritus fugant: eosq; virtute orationis t accepte potestatis eijciūt. Quid itaq; isti per meritum suum nisi inter potestates celestium spirituum sortem accipiunt: hec ille. Istud patet de Sarra iuuencula vxore thobie iuniotis. Thobie.viij. Conabatur autem beelphegor extinguere in virginibus corporis puritatem. t hec est temptatio fornicationis t luxurie. Jacobi.i. Unusquisq; temptatur a concupiscentia sua abstractus t illectus. Ideo dicitur Ephe.v. Fornicatio t omnis immundicia non nominetur in vobis sicut decet sanctos. Ut autem possent se defendere habuerunt vnam sociam scilz dominam pudiciciam. que dicit illud Bal. vi. Spiritu ambulate t desideria carnis nō perficietis. Et Johānes Cassianus in collatione abbatis pastoris: dicit sic. Maior est virtus: maior est gratia internam libidinem carnis extinguere: q̄ nequitias demonum extrinsecus irruentes signo domini ac virtutis altissime subiugare. Maius enim miraculum est de propria carne fomitē eradicare luxurie: q̄ de alienis corporibus immundos spiritus effugare. hec ille, t vt dicit Tullius libro de officijs. Pudicicia est virtus non solum imperum libidinis coercens: sed t signa cohibens. Induebantur autē vestimentis sanctitatis. de quibus dicitur. Eph. iiij. Deponite vos sm pristinam conuersationem veterem hominē qui corrumpitur sm desideria renouamini autem spiritu mentis vestre: t induite nouum hominē qui sm deum creatus est in iusticia t sanctitate veritatis. Cum his vestimentis ascendunt virgines ad domum dñi per tertiam portam que respicit ad occidentem: quoniam tunc sol refrigerat. Sic spiritus sanctus refrigerabat imo extinguebat ardorem concupiscentie in sanctis virginibus. Unde cōmuniter dicebant. Benedico te pater domini mei ieſu xp̄e quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo. Et Eccli.xviij. dicit sic. Ardorem refrigerabit ros. Uenientes autem ad pedes sanctissime trinitatis cantauerūt illud pā. Dominus virtutem populo suo dabit: dominus benedicet filias suas in pace. Quas cum audiret vocauit eas: dicens illud Canti.iiij. Veni de libano sponsa mea veni de libano veni coronaberis. Cuncq; populus accessissent coronate sunt corona florum. de qua dicit Esa.lxij. Eris corona glorie in manu domini: t dyadema regni in manu dei tui. Quia complacuit domino habitare in te t gaudebit sponsus super sponsam t gaudebit super te deus tuus. Sic autem coronatas deputauit cubiculo siue thalamo suo. iuxta illud Hester.ij. Hester ducta est ad cubiculum regis. que dicunt illud Can. iij. Inueni quem diligit anima mea. Tenui eum nec dimittam donec introducā illum in domū matris mee: t in cubiculum genitricis mee. cantantes illud pā. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Habuerunt autem istam mansionem per dotationem. Sm illud Benecō.xxx. Ditauit me deus dote bona. Et Exod.xxij. Redder ei iuxta modū dotis quā virgines accipere consueuerunt, Tunc domina castitas assecurauit virgines de sua gloria dicens. Beati mundo corde qm̄ ipi deum videbūt. Super quo Augu. lib.xij. de ciuitate dei dicit sic. Ibi tota virtus est videre quod amas: t summa felicitas amare qō videas. vbi vera vita in suo fonte bibit: vbi veritatis omnis visio clarissime aperit. hec ille, t sic patet sextus.

Septimus ordo est virtu

tum, de quibus Grego. in omel', vbi supra dicit sic. Virtutes vocantur hij nimirū spiritus per quos signa ⁊ miracula frequenter fiunt. Ab isto ordine cecidit leuiathan qui interpretat persequens eos, de quo dicitur Esa.xxvij. In die illa visitabit dñs in gladio suo duro ⁊ graui ⁊ forti super leuiathan serpentē vectem ⁊ super leuiathan serpentē tortuosum. In locū leuiathan succedit ordo penitentiū, de quib⁹ Greg. in omel. vbi supdicit sic. Sunt nōnulli q̄ mira faciunt signa valenter operant. Quid ergo isti nisi ad supernarū virtutū sortē ⁊ numerū congruunt hec ille. Penitentes aūt mira faciunt signa cum ad deum cōuertunt. vt ps de maria magdalena: latrone in cruce ⁊ prodigo. Unde Bernū. in sermone dic sic. Quid mai⁹ miraculum q̄ tot iuuenes: tot adolescentes: tot nobiles: vniuersiq̄ quos hic video velut in carcere aperto tenent sine vinculis solo deti timore confisi q̄ in tanta afflictiōe perseuerent penitentie vitra virtutē humanā supra naturā contra consuetudinē. hec ille. Conabatur aūt leuiathan extinguere in penitentibus verā penitentiā: suadendo peccati impunitatē. iuxta illud Prouerb.xxix. Peccantem viruz iniquū inuoluet laqueus: ⁊ iust⁹ laudabit atq̄ gaudebit. Et ps. Narrauerūt vt absconderēt laqueos dixerūt quis videbit eos. Hij aūt fuerunt demones. de quib⁹ dicit Job.iij. Parati sunt suscitare leuiathā Ut vero possent se defendere habuerūt vnā sociā. scz dñam sollicitā. que dic illō Eccl.v. Ne tardes cōuerti ad dñm: ⁊ ne differas de die in die. Subito em̄ veniet ira illi⁹ ⁊ in tēpore vindicte disperdet te. Induebant aūt vestimentis humilitat⁹ ⁊ asperitatis dicentes illud ps. Ego aūt cū mihi molesti essent induebar cilicio: humiliabā in ieiunio aiam meā. Et emplū Jone.iij c. Peruenit verbū ione ad regem ninue ⁊ descendit de solio ⁊ abiecit vestimenta sua ⁊ indut⁹ est sacco ⁊ sedit in cinere. Cum his vestimētis ascendunt penitentes ad dñm dñi: per pmā portam que respicit ad aquilonē. Naz ab aquilone pandetur oīe malū. Jeremi.i. Sol em̄ ab aquilone serenatur. Et Eccli.iij. dicitur. Sicut i sereno glacies solūtur peccata tua. Uenientes aūt ad pedes sanctissime trinitatis cantauerunt illud Deut.xxiij. Benedicat nos dominus deus noster in omni opere nostro in terra ad quā ingredimur possidendam. quos letissime accepauit ⁊ coronauit eos corona eterna que dicit eis illud i. Pet.v. Percipite imarcessibilez eterne glorie coronam. Sic aūt coronatos deputauit cellario: vt perciperent gustum dulcedinis eterne. dicēs eis illō ps. Gustate ⁊ videte quoniam suauis est dñs: beatus vir qui sperat in eo. Qui dixerunt illud Cañ.ij. Introduxit me rex in cellam vinariā ordinauit in me charitatē. cantantes illud ps. Beati quoz remisse sunt iniquitates: ⁊ quorum tecta sunt peccata. Tunc domina clementia assecurauit penitentes de sua gloria dicens Beati estis cum maledixerint vobis hoies ⁊ dixerint oīe maluz aduersum vos mentientes propter me. gaudete ⁊ exultate: ecce em̄ merces vestra copiosa est in celo. Unde Hieron⁹ super illud ps. Beat⁹ vir qui non abijt: dicit sic. Beat⁹ vir q̄ non docuit: nec fecit: nec cogitauit mala. Non stetit non perseuerauit in delicto, sed per penitentiā ad melioza conuersus est. hec ille.

Octauus ordo est archā

gelorum, de quib⁹ Gregori⁹ in omel. vbi supra dicit sic. Qui summa annunciant archāgeli vocantur, hinc est q̄ ad mariam virginem non quilibz angelus sed gabriel archāgelus mittitur. hec ille. Ab isto ordine cecidit beelsephon qui interpretat vetustas de uozans ascen sionē speculi. de q̄ dicit Exod. xiij. Uniuersus exercitus erat contra beelsephon. In locuz beelsephon succedit ordo contemplatiuoz. de quib⁹ dicit Greg. vbi supra. Sunt nōnulli q̄ duz largitaz munere refecti secretoz celestium summa capere valent ⁊ nunciare. Quid ergo isti nisi intra archangeloz numerū deputant. hec ille. Sed cōtemplatiui solius contēplatiōis studio ardescunt vt contēplari diuina secreta queuius possint. de quoz vita Greg. sup Ezechiel. dicit sic. Contemplatiua vita est charitatem dei ⁊ pximi: tota mente retinere ab exterioz: i actione quiescere: soli desiderio cōditoris inherere: vt nihil iam habere libeat, sed cōculcatis curis oīb⁹ ad videndū sui conditoris faciem anim⁹ inardescat. hec ille. Conabat aūt beelsephon extinguere diuinam contemplationē: in contemplatiuis assumendo angeli equitatem. de quo dicit ij. Cor.xi. Transfigurat se in angelum lucis Non est ergo mirum si ministri eius transfigurentur velut ministri iusticie. Unde sepius decipiūt homines sub appatentia boni ⁊ recti. Ut autem contemplatiui possent se defendere a laqueis istoz habuerūt vnā sociā. s. dñam intelligentiaz. que dicit illud Prouer.i. Audiens sapiens sapiētioz erit. Et intelligēs gubernacula possidebit. Hec em̄ dat intellectū scripturarū ad cognoscēdam veritatē. vt ps de xpo q̄n rēputatus fuit a demone vt habetur Adarb. iiij. Induebātur aūt vestimentis gloriosis. Juxta illud Eccl.xlv. Induit eū dominus stolā glorie. Et Daniel.xij. Qui docti fuerint fulgebūt q̄si splendor firmamēti. Cū his vestimentis ascendunt ad domū domini per secundam portā que respicit ad aquilonē. quoniā stella aquilonaris. s. trāsmontana est fita in alto. Sic contemplatiui in alto contemplationis ⁊ speculatiōis sunt. Juxta illud Phil. iij. Nostra aūt conuersatio in celis est. Uenientes aūt ad pedes sanctissime trinitatis cantauerūt illud ps. Bloriabunt in te oēs qui diligunt nomen tuū: quoniā tu benedices iustis. Domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Quos letissime accepauit ⁊ coronauit eos corona sapiētie. de qua dicitur Eccli. l. Corona fratrum quasi plantatio cedri in monte libani. Sic autez coronatos deputauit depositarie. quibus dixit illud i. Thimo. vi. Depositū custodi deuitans prophanas vocū nouitates: ⁊ oppositiones falsi nominis icientie. Quā quidem promittentes circa fidē exciderunt. cantantes illud Baruch. iiij. Beati sum⁹ Israel: quoniā que deo placent nobis manifesta sunt. Dabuerunt aūr istā mansionē per hereditationē. iuxta illud Eccli. iiij. Sapientia filijs suis viram inspirat: ⁊ suscipit exquirentes se: ⁊ preibit in via iusticie: ⁊ qui diligit illam diligit vitā. ⁊ qui vigilauerint ad illam complectentur placozē eius. qui tenuerunt illā vitā hereditabunt. ⁊ quo introibit benedicetur deus. Tūc domina religiosa assecurauit contemplatiuos de sua gloria dicens. Beati pacifici: quoniā filij dei vocabuntur. Super quo Greg. in pastorali dicit sic. Si filij dei vocantur qui pacē faciunt: proculdubio sunt sathane filij qui pacē confundunt. hec ille. Sed contemplatio ducit ad veram pacem. ergo ⁊c.

Nonus ordo est ange

lorum, de quibus Greg. in omel. vbi supra dicit sic. Hi qui mínima nūciant angeli vocantur. Ab isto ordine cecidit māmona. de quo dicitur Adarb. vi. ⁊ Luce. xvi. Non potestis deo seruire ⁊ mammone. In loco māmone succedit ordo actiuoz. de quibus Greg. vbi supra dicit sic. Sunt plericq̄ qui parua capiunt: sed tamen hec eadez parua quantū prevalent nunciare fratribus non desistunt. Isti itaq̄ in angeloz numerū currunt. hec ille. ⁊ Luce. xvi. dicitur. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis vt cū defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. De vita istoz actiuoz Beda super illud. Intrauit iesus in quoddā castellū. dicit sic. Actiua vita est panē esurienti tribuere verba sapientie nescienti docere: errantes corrigere: ad humilitatis viā superbientem proximū reuocare: infirmantis curā gerere que singulis quibusq̄ ex prediant vt sibi est possibile dispensare. ⁊ cōmissis nobis qualiter subsistere valeant, puidere. hec ille, Isto modo actiui faciunt sibi amicos de māmona iniquitatis. i. de diuitijs huius seculi neq̄ ⁊ iniqui. Conabatur autem mammona extinguere in actiuis benignitatē decipiendo per rēporalia vanitatē. ꝑm illud Sap̄, xiij. Creature dei in odiū facte sunt: ⁊ in temptationem anime hominū ⁊ in muscipulā pedibus insipientiū. Ut aūt possent se defendere a laqueis māmone habuerunt vnam sociā. s. dominā pietatē. que dicit illō. i. Thimorthei. vi. Secrare iusticiā fidē: piecratem: charitatē. ⁊ Prouerb. xxi. Qui sequitur iusticiā ⁊ misericordiā: inuenict vitā ⁊ gliam Induebantur aūt vestimentis clementie miserantis ad eroganda beneficia. Col. iij. Induite vos sicut electi dei sancti ⁊ dilecti viscera misericordie: benignitatis: humilitatis: modestiā: patientiā supportantes inuicem: ⁊ donantes vobis inuicem ipsis ⁊c. Cum his vestimentis ascendunt actiui ad domū p tertiā portā que respicit ad aquilonē. quoniam stella aquilonaris in nocte lucet. Sic actiui lucent in nocte huius seculi per elemosynā subueniendo pauperibus. Thobie. iiij. Elemosyna ab oī peccato ⁊ a morte liberat ⁊ non patietur animas ire in tenebras. Fiducia magna erit coram deo elemosyna: omnibus facientibus eā. Uenientes autem ad pedes sanctissime trinitatis cantauerūt illud ps. Benedices corone anni benignitatis tue: ⁊ campi tui replebunt vbertate. Quos gratissime acceptauit ⁊ co

ronauit coꝛona mihi coꝛdie. Juxta illō ps. Coꝛonat te in miseꝛicoꝛdia ⁊ miseꝛationibus. Sic autem coꝛonatos deputauit atrio Est enim atriuꝫ locus in quo pauperes recipiuntur. ⁊ quia actiui in hac vita recepeꝛunt pauꝑes suis elemosynis: ideo dicitur Thobie. xij. Elemosyna a moꝛte liberat: ⁊ ipa est que purgat peccata: ⁊ facit inuenire vitam eternam. Cantantes illud ps. Beati omnes qui timent dominum: qui ambulāt in vijs eius. i. in opeꝛibus miseꝛicoꝛdie. Juxta illud ps. Uniuerse vie domini miseꝛicoꝛdia ⁊c. Tunc domina miseꝛicoꝛdia assecuꝛauit actiuos de sua gloꝛia dicens. Beati miseꝛicoꝛdes: quoniam ipsi miseꝛicoꝛdiam consequentur. Ecce quomodo oꝛdines homium electoꝛum assumuntur ad oꝛdines sanctoꝛum angelouꝝ. Ad quos nos peꝛducat ieſus chriſtus. Amen.

In die moꝛtuoꝝ seu aiaꝝ. Sermo. lxi.

Qui audient vocem filij dei. Joh. vi. ⁊ in euāgelio hodierno ⁊c.

Belial q̄ est inimicus fidei xp̄iane beri sero ⁊ h̄ mane audiens pulsari cāpanas vehemēti⁹ solito: videns hoīes vtriuſq; sex⁹ deuotissime cōcurrere ad eccl̄ias: aꝛcp̄ pecunias: cādelas: pane: frumentū ⁊ alia offerre in templo dñi: pleroſq; cernēs iacere supꝛa sepulchꝛa defunctoꝛū: legere oꝛōes: psalmos: ac multa alia pietatis deuotiōis exeꝛcaꝛū opa facere mirabat̄ de tanta cōmotiōe eo q̄ p̄ eoꝝ anni circulū p̄ter q̄ illa die filia nō vidisset ⁊ veniēs in similitudinē cuiuſcā doctoꝛis oꝛtū ⁊ medicine ad aīam catholicā ⁊ deuotā q̄ fuit ab ea q̄d sibi ista vellēt. Fraudulēter interrogat vt tandē decipiat. cui aīa ve lut simpleꝛ rīdit. Hodie est dies aiaꝝ ꝫm eccl̄ie institutionē in q̄ multa pietatis opa solimus. p caꝝ liberatione a purgatoꝛio. Tūc ait belial. O stulta ⁊ insipiēs: q̄ facile odis credis. Sagax modus est iste exoꝛquēdi a te pecunias. Jsti sacerdotes q̄ semꝑ cupiditati student hoc adimenerunt. ⁊ qō ꝓuus est statuerūt vt ꝛe spoliarent pauꝛis bonis tpalibus que magno laboꝛe ⁊ sudoꝛe acq̄siuisti me decipe nequeūt q̄ bñ intellexi sacrā scripturā sicut ipi. Stupuit aūt aīa in verbis belial ⁊ quasi ꝓturbata discedebat dicens. qñ sancti viri hoc iusserant. Belial volens animaꝫ seducere ait. Si placet ego plane ostendā tibi animā nihil esse post moꝛtē coꝛpis. Uerū q; delectaris in testimonijs sacre scripture q̄ est fundamētuꝫ fidei relictis rōnib⁹ naturalib⁹ ecce adduco duas auctoꝛitates veteris testi. Prima est Eccl̄s. iij. vbi dr̄ sic. Dixi in coꝛde meo de filijs hoīm vt ꝓbaret eos de⁹ ⁊ ostenderet filios esse bestijs. Idcirco vnus interit⁹ est hoīm ⁊ iumēntoꝝ ⁊ eq̄ vtriuſq; conditio. Sic moꝛit̄ hō: sic ⁊ illa moꝛiunt̄. flāt spirant oīa ⁊ nihil hꝫ hō iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati ⁊ oīa pgūt ad vnū locū. de terra facta sunt ⁊ in terrā pariter reuertūtur. Quis nouit si spūs filioꝝ adā ascēdat sursum: ⁊ si spūs iumentoꝝ descēdat deoꝛsum: Et ꝛēpehendi nihil esse melius q̄ letari hoīes in opeꝛe suo ⁊ hāc esse partē illi⁹. Quis enim eū adducet vt post se futura cognoscat: hec ibi. Scōa est Sapie. ij. vbi dr̄ sic. Exiguū ⁊ cū tedio est tp̄s vite nr̄e ⁊ non est agnit⁹ q̄ reuersus sit ab inferis. Quia ex nihilo nati sum⁹ ⁊ post hoc erim⁹ tanq̄ nō fuerimus. Extincta⁹ cinis erit coꝛp⁹ nr̄m: ⁊ spūs diffundetur tanq̄ mollis aer: ⁊ tranſiet vita nr̄a tanq̄ vestigiū nubis. ⁊ sicut nebula dissoluetur q̄ fugata est a radijs solis ⁊ a caloꝛe illi⁹ aggrauata. ⁊ nomē nr̄m obliuionē accipiet p tp̄s: ⁊ nemo habebit memoꝛiā opeꝛū nr̄oꝝ. vmbꝛe enī tranſit⁹ est tp̄s nr̄ū. ⁊ nō est reuersio finis nr̄ q̄m cōsignata est ⁊ nō reuertit̄. hec ibi. Ecce habes exp̄sse q̄ post hāc vitā moꝛtalē nō restat alia vita immoꝛtalis vt fingūt hi sacerdotes. Hꝫ exterrent te hmōi ꝛbis ꝓdicantes guitarē ⁊ discurritare penarū purgatoꝛij vt exhauriant bursam tuā. Quib⁹ auditis aīa vehemēter cōmota est: ⁊ adhesisset tēptatiōi belial nisi angel⁹ dei sibi reuelasset vt ad mēsam suā sctām ecclesiam ꝓfugeret. Que hoc mane veniēs ad ecclesiam quasi rota exanimis ⁊ ꝛepidans vix potuit loqui. Cūq; cāa mestitie reqꝛeret: sctā ecclia assumpta fiducia sic oꝛsa est. Est mihi dubiū maximū q̄ tota nocte ꝛtractans pplexā ac suspensam me reliquit. Obsecro te vt illud planū mihi facias ne a tua fide ⁊ deuotōe deuiem. Dubiū meū est istud. vtrū post hāc vitā sit alia vita immoꝛtalis in q̄ detur aīe ꝓ merit̄ retributio eq̄lis. Cui sctā mr̄ ecclia dixit illō Cant⁹. v. Veni in oꝛtū meuꝫ soꝛoꝛ mea sponsa. s. xpi ibi ꝛe docebo ⁊ dabo tibi poculū ex vino cōdito: ⁊ mustū malogranatoꝝ meoꝝ. Cui nec ambe descēderūt in istud viridariū in quo erat fons sapie, circa quē erāt quattuoꝛ oꝛdines sapiētissimoꝝ viroꝝ. Quos sctā mr̄ ecclia benigne ⁊ vultu placido saluauit. Illi aūt assurgentes ei mirabant̄ aduentū ei⁹. Ac illa dixit. Puella hec nouiter ad me venit anxia sup dubio quodā q̄ vehemēter exercet mentē ei⁹. qꝛ vero q̄ notū ē dei manifestū est vob. Roma. i. Declarate dubiū vt exercitatioꝛ fiat in lege dñi. Seniores illi rogauerunt sctām mr̄em ecclesiam vt adesset sue eoꝝ. ⁊ si q̄d veritatis dixisset approbaret. si q̄d aūt falsitat⁹ dānaret. Diffiuitū est q̄ vt ambe. s. mr̄ ⁊ filia remanerēt circa fontē ꝓdictuꝫ. In ꝓmo oꝛdie stabant poete hystoꝛiographi magni reges pagani q̄ ꝓmo in sapia floꝛuerūt. q̄ ruminantes dubiū puelle diffinierūt esse aliā vitā immoꝛtalē post istā. in q̄ erat ꝛetributio ꝓ meritis puta ꝓmia vel pene ꝓdecentes. Primꝰ fuit Uirgili⁹ q̄ ꝓfirmauit ꝓdictā sniam dicens Ego mīra dixi de inferno purgatoꝛio ⁊ cāpis elisijs ⁊ ceteris. in q̄b⁹ aie defunctoꝝ ꝓ q̄litate collocant̄ meritoꝝ. ⁊ hoc in lib⁹. vi. Eneydos. vñ inf̄ cetera dixi. Facilis descēsus auerni: si reuocare gradū supaſq; euadere ad auras. hoc op⁹ hic labor est ⁊c. Secundus ē Ouidi⁹ ꝓfirmat eādē sniam dicens. Ego multa dixi de penis q̄s patiūtur aie in inferno. vt ꝑ lib. v. Methamo: phoseos. vbi in. xv. ⁊. ix. eiusdē introduxi deum loquēte de aīa herculis sic. Eteruū est a me qō tractr. ⁊ expers aeꝛcp̄ immune necis ⁊c. Tertiꝰ fuit Seneca q̄ ꝓfirmās eādē sniam dixit. In oīb⁹ tragedijs meis multa declaraui de penis inferni: ⁊ p̄cipue in ꝓma vbi adduxi Theseū redeūte ab inferno loquentē cū Amphitrione de q̄tuoꝛ qōnib⁹. vñ dixi Quisq̄s est placide poꝛes diſcq; vite. fuat innocuus manꝰ ⁊ incruentū mutis imꝑiū regit: aīeq; p̄cip: longa pmēsus diu. Felicis cui spacia vel celū petit: vel leta felix nemoris elisij loca. Certꝰ inclusos ex loc⁹ nocētes vrgē ferr fama impios. Supplicia vinclis scua ꝓpꝛuis domant. ⁊ in fine operis dixi. Modte carent aie ⁊c. Salustiꝰ inf̄ hystoꝛicos ꝓfirmat eādē sniam dicēs in plogo Catilinarij ⁊ etiā in libꝛo de republica dixi. Nā diuitiarū ⁊ fame gl̄ia: fluxa aeꝛcp̄ fragilis ē: virt⁹ clara eternaq; habet̄. ergo ꝓclara facies magne diuitie ad hoc vis coꝛpis breui dilabunt. Ingenia ⁊ egregia facinoꝛa sic aīa imoꝛtalia sunt. hec ibi. Etiā in Catilinario induxi Cathonē ⁊ Cesarē in vna oꝛōne multa de penis aiaꝝ sepotaꝝ loquētes vt ꝑ ⁊c. Valeri⁹ hystoꝛie⁹ lib. i. c. de miraculis ꝓfirmat eādē sniam fere p totā illā rubricā Et lib. ij. Rubrica. i. Indos adducit quoꝝ femie certāt moꝛi cū maritis vt in alia vita cū eis fruant̄. Et ibidē dicit. Immoꝛtales eē aīas: mos gallos approbat: q̄ pecunias mutuatas apud inferos se receꝑturos sperant. ⁊ lib. iij. vt satis pōt patere. Lucanus coꝛdubensis hystoꝛicus potius q̄ poeta in multis locis idē affirmat. Didim⁹ rex pragmanoꝝ ad Alexandrū magnū sic scribit. Quapꝛopter nimiū vecoꝛdes vos ⁊ miserabiles iudicam⁹ qui oꝛiginē vr̄am esse celestē nō suscipit⁹: magnāq; cū deo hr̄e cognationem. ⁊ in alia epla dicit sic. Nos non sumus hui⁹ mūdi incole: si aduene: nec ita in oꝛbē terraꝝ venim⁹ vt ei obeat ꝓsistere si trāsire, ꝑeram⁹ enī ad patriū larē: nullis delicioꝝ poderib⁹ pgrauati. Nuda q̄ppe ascie fronte pꝛogredimur: vt expediti ac faciles spacium ꝓpꝛopter nimiū decurramus itineris. hec ille. ergo ⁊c. Cyrus maioꝛ rex moriens conuocatis filijs ait. Nolite arbitrari o filij mei charissimi me cum a vobis discessero nusq̄ sut nullum foꝛe. Nec enim dum essem vobiscum animum meum videbatis: sed cum esset in hoc coꝛpoꝛe ex his rebus quas apō vos gerebā adesse intelligebatis. Eundē q̄ esse creditoꝛe etiam si nullū videritis. Hoc refert Tulli⁹ libꝛo de senectute. ⁊ Xenophō pbus idē prius recitauit vt paꝛet. ergo ⁊c. In secūdo oꝛdine stabant pbi moꝛales. naturales astrologi. medici. q̄ scōo in sapientia floꝛuerūt. ⁊ oīno ꝓcedes cū ꝓioꝛibus eandē sententiaꝫ cōfirmauerūt vt patebit. Trimegist⁹ Mercuri⁹ maxim⁹ greco⁹ ⁊ moralis ad Asclepiū sic scribit. Cū iracq; aīad uerteret deus hoīem nō posse oīm rerū esse diligentē nisi eū mūdano integumēto ꝓtegeret. rexit eū coꝛpoꝛea domo: taleſq; oēs esse ꝓcepit exꝛtraq; natura i vnū ꝓfundēs miscuitq; quātuꝫ satis esse debuisset Jtaq; hominē ꝓformat ex animi ⁊ coꝛporis. i. ex eterna ⁊ moꝛtali natura vt ita ꝓformatum vtriq; sue origini satisfacere posset ⁊ imitari aeꝛcp̄ oꝛare celestia ⁊ incolere aeꝛcp̄ gubernare terrena. Sis ergo humana aīa est imoꝛtalis. hec ibi. Ecce expꝛesse conformat se ꝓbis ⁊c. Lucretius moralis hos versus composuit. Cedit idem retro de terra quod fuit ante in terra. Hꝫ q̄ missuꝫ est ex etheris oꝛis. Id rursum celi fulgentia templa receꝑtat. Aristoteles moral⁹ lib. ethic. tali⁹

felicitatē describit. q̄ impossibile ē eā habere i hac vita. ꝛ lib. de pomo exp̄sse declarat aiaz bñaā eē imortalē ꝛc. Tulli⁹ moral⁹ lib. de somno scipionis dicit sic. Cōstat certū esse in celo definitū locū vbi bti sempiterno euo fruant. Illi viuūt q̄ e corpis vinculis tanq̄ e carcere euolauerūt. Hra vero que dr̄ vita mors est. Et in oꝛōne p marco marcello dicit sic. Quāq̄ iste tu⁹ anim⁹ his angustijs q̄s natura nob ad videndū dedit ꝛentus fuerit: semper tñ imortalitat̄ amoze flagrauit. Nec em̄ hec tua vita dicēda ē q̄ corpe ꝛ spū ꝓtinetur. Illa inq̄ illa vita ē q̄ vigebit memoria seculoꝝ oīm quā posteritas alet: quā ipa eternitas semp tuebit. Duic tu in seruias: huic te ostrēs o3. ꝛ in fine libri de senectute dicit sic. Sapientissime q̄sq̄ eq̄ssime aīo moriē: nec eū vixisse pniteat q̄ ita vixit vt nō frustra se natū existimet: ꝛ ex hac vita discedit tanq̄ ex hospitio nō ex domo. Cōmoradi em̄ diuersoriū natura nob dedit nō habitandi. O p̄darū illū diē cū ad illud diuinū pficiscar aiarū cōciliū: cuiq̄ ex hac turbe colluuioe discedā. Profisciscar em̄ ad viros sapientes: ꝛ pcipue ad catonē meū cuius corp⁹ a me crematū est. q̄ nemo vir melior nat⁹ est: nemo pietate p̄stitit. Et lib. i. de tusculanis qōnib⁹ dicit sic. Nulla ē celeritas q̄ possit cū animi celeritate cōparere: q̄ si pmaner incorrupt⁹ suiq̄ similis necesse est ita ferat vt penetret ꝛ diuidat oē celū hoc. eaq̄ ei demū sedes naturalis erit cū ad sui simile pnerrauerit: in quo nulla re egēs alef. ꝛ sustentabit eisdē reb⁹ q̄b⁹ ꝛ astra sustentant. cuiq̄ corpis facib⁹ ad oēs cupiditates inflāmari solcam⁹ pfecto bti erim⁹ cū cupiditarū ꝛ emulationū erptes fuerim⁹ totoq̄ nos in ꝛeplādis pspiciēdisq̄ reb⁹ ponemus. q̄ ꝛ natura ineſt mētib⁹ nris insatiabilis q̄dā veri videndi cupiditas. Qua pcipue visione fruent: q̄ cū has terras incolētes caligine circūfusi erāt: tñ acie mētis cōspicere cupiebāt. hec ibi. Ecce q̄ exp̄sse cōcordat cū ceteris. Lactāti⁹ moral⁹ lib. iij. refert q̄ catho cupiditate vite imortal⁹ seipz pemit vt ad celū aīa ei⁹ ascenderet. Silr ꝛ alij pl̄es idē fecerūt. q̄ ꝛc. Seneca moralis lib. de imatura morte apte hoc confirmat. Et lib. de nālib⁹ qōnib⁹ i pncipio. fr̄e epla. iij. epla. lvij. dic. Scoyci existimāt aīam bois pondere magno ꝛc. ꝛ colligit ita q̄ de illo. s. aīo an possit imortalis eē hoc q̄de certū habe ꝛc. epla. lxxxvij. loquens de scipione ait. Animū quidē eius esse in celo ex quo erat mihi pluadeo. Epla. xci. Sapia pacifauet ꝛc. Multa de hoc dicit ꝛ valde clare magis q̄ alibi vt p3. q̄ ꝛc. Quintilian⁹ moralis q̄ quarta dicit sic. Si quis sciat quis sit finis bonoꝝ: quevera felicitas: nunq̄ sibi videbitur p̄matura morte periturus. hec ille. ꝛ sic patet ꝛc. Pytagoras pbs naturalis: dixit pri⁹ apud grecos: imortales esse aīas ꝛ descēdere de celo. ꝛ ió lac p̄mo sugere: q̄ p lacteū circulū p̄mo trāsit descēdēs. ꝛ est ibi initiū impij infernal⁹. ꝛ sup̄ totuz ptinet ad deū. b̄ refert Piero. li. i. ℈ Jouinianū. ꝛ macrobi⁹ sup̄ lib. de somno scipionis vt p3. q̄ ꝛc. Empedocles pbus nālis dicit. Future felicitatis appetitu: nihil ē felici⁹ vt refert Aristo. lib. de vegetabilib⁹. Qui ēt amoze imortalitat̄ hñde seipm in ardentē specū iecit vt recitat Zacc. li. iij. c. Dyogenes pbs natural⁹ dixit se descēsurū ad infernū p morte. Qui cupiditate imortalitat̄ seipm occidit. vt refert Piero. li. ij. ℈ Jouinianū. ꝛ Lactātius vbi sup̄. Archita tharētin⁹ pbus nālis dixit mentē nostrā esse quo ddā diuinū numen: ꝛ sic imortalitatem sortiri. vt refert Tulli⁹ libro suo de senectute. ergo ꝛc. Apuleius pbus naturalis lib. de deo socratis dicit sic. Moies sunt rone plaudētes. oꝛone polentes. immortalib⁹ aīs gaudētes. vt ibi p3. Plotinus pbus naturalis dicit sic. Fugiēdū est ad clarissimā patriā vbi patēt oīa vt refert Aug. li. ix. de ciui. dei. c xvi. q̄ ꝛc. Leno pbs naturalis dicit morte esse gl̄iosam vt dic̄ Sen̄. i epl̄is. Qui seipm interfecit vt post morte btūs viueret. vt refert Lact. vbi supra. Plato pbs nālis in tymeo suo dicit. Post oē corp⁹ aīas i finu p̄is eterni reuerti. ꝛ lib. ij. dicit tot animas eē quot sunt stelle ꝛ lege imortalitat̄ hr̄e. ꝛ in phedone introducit socratē disputārē de imortalitate aīe ꝛ de penis ifernī. Aristoteles pbs nālis li. ij. de aīa dic̄ sic. Sepac̄ b ab h. i. aīa a corpore: sicut pretuū a corruptibili. ꝛ iij. de aīa dic̄ q̄ aīa separa hz aliū modū intelligēdi q̄z vt est consumcta. Porphirius pbs naturalis dicit sic. Non est mirū aīam q̄ substantia incorporea est: posse separari a corpore cū ignis qui ē suba corpea corruptibilis a ligne quib⁹ est vnit⁹ possit separi ꝛ reuerti in suā materiā sine sui corruptiōe vt refert Galien⁹ lib. de spmate. ergo ꝛc. Macrobi⁹ astrolog⁹ sup̄ lib. de somno scipionis dic̄ sic. Due sunt porte in zodiaco: scilz duo tropi

